
DE SACRARUM AEDIUM
APUD CHRISTIANOS AMPLITUDINE
ET ORNATU
DISSERTATIO
APOLOGETICO-CRITICA

AD CARDINALEM AMPLISSIMUM

ALOYSIUM
VALENTI GONZAGA

AEMILIAE LEGATUM A LATERE.



CAESENAE MDCCLXXXVI.

Apud Gregorium Blasinium sub signo Palladis

Superiorum Permissu.

ALOYSIO
VALENTI GONZAGA
S. R. E. CARDINALI AMPLISSIMO AEMILIAE

LEGATO A LATERE

SEBASTIANUS CAPRINIUS PISAURENSIS

ANnus jam est, Cardinalis Amplissime, ex quo in Libellum, latine dicam nescio, an getice potius, sarmaticeve conscri-

ptum, casu quodam incidi, cui isthaec frons tantum erat: *Romanorum in condendis ornandisque Templis furor nimis fanaticus*. Movit primo stomachum impudentissimus titulus; illico inde ne verbum quidem legere constitueram, adeo explorata, compertaque habebam omnia fere jam inde a pueritia dixerim, quae evomere in nostros haud veriti olim sunt Haeretici Sacrorum apud Christianos Insectatores Templorum. Crambes, tunc ipse mecum, dubio haec procul repetita: pudet ideo cocta, atque recocta persequi adhuc, quae jam

a sum-

a summis Viris, a Bellarmino praesertim exsibilata, rejectaque iterum atque iterum sunt, maxima improborum hominum infamia. In quamdam tamen suspicionem adductus, Scriptorem hunc novum nonnulla in medium potuisse proferre, quae a veteribus hujusce farinae hominibus haud antea fuerint excogitata, quodam actus novitatis amore, illico mutavi sententiam. Legi tandem, invitus licet, cunctansque Libellum. Quid plura? De sensibili Deo ab hominibus praestando cultu, deque Sacrarum apud Christianos Aedium

Splendore dici fortasse aliud, si primam tantum spectes frontem, nec gravius, nec honorificentius poterat: adeo erat, licet inelegans incompta, satis tamen permulcens, captiosaque vafri Scriptoris Oratio. Latebat, Cardinalis Amplissime, latebat Anguis in herba: haec enim Recentiorum Ardelionum indoles, hoc eorum ingenium, aliud verbo, aliud re sentiunt. *Zelus tunc Domus Dei comedit me;* in isthunc Scriptorum, quiqui porro ipse esset, illico incurrere constitui; non parvae mihi laudi vertens, datum si tandem esset

occul-

occultam minus cautis aperire versutiam, insolentiamque confringere.

Nisi me multum fallat opinio, in quod cogitationes omnes intendi meas, assecutus id fortasse sum ineluctabilibus, ut mox patebit, vel rationis, vel auctoritatis Argumentis; non eleganti fortasse usus, & compta, (habere enim in pectore magis volui, quam in ore Mercurium,) dilucida tamen, nec nimis ipse mihi blandior, leni, facilique ratione scribendi. Non directa tamen, optime Princeps, ut ajunt, fronte isthunc Sacrarum

Aedium aggredior Vexatorem; quasi enim aliud agens, manus in eum obiter confero, Dei Optimi Maximi caussam, nisi qua decet, qua tamen possum pertractans vel dignitate, vel diligentia majori.

Cui nam interea potius, in publicum jam edendae usum, nuncupari isthae meae Lucubrationes debebant, quam Tibi, qui cum aliquot ab hinc annis, meorum hortator, fautorque Studiorum beneficentissimus extiteris, jure veluti quodam tuo quicquid industria ingenioque valeo, Tibimet ex toto vindicare & plane potes, & debes?

Acce-

Accedit, quod est omnino praecipuum, & maximum. Domus Domini Propugnatio, cujusnam Viri Ecclesiae Principis Nomine vulganda potius erat, quam Tuo, qui ubi vel quid ab Improbis scriptum legeris, vel ab aliquo ex Recentioribus Ardelionibus nostris verbis exageratum audieris, minus cum sanctitate Cultus, Doctrinae integritate, Morumque candore consentiens, contrahis illico supercilia, stomacho, iracundiaque efferveścis? Ingenium hoc scilicet tuum, germana haec indoles, satis quidem omnibus, superque perspecta.

Hinc

Hinc tot sane a Te labores suscepti, tot hinc curae pro Christianae Reipublicae dignitate augenda, tuendaque. Hinc tuae illud grave, aequabile, constansque Vitae genus; hinc illa tandem in suscipiendis, gerendisque Apostolicae Sedis rebus difficillimis, caeterisque muneribus obeundis fides, integritas, animi elatio, magnitudo, constantia. Hinc..... Sed incredibili nunc tuae indulgendum Modestiae est: ex rarissimo enim es hominum genere, qui boni esse, quam videri recte malunt agere, quam laudari. Quamvis

ergo, Cardinalis Amplissime, concedam omnino nemini, qui vel magis tuas admiretur, vel praedicet libentius Virtutes; utpote qui in Te colendo, atque observando maximam jam mihi felicitatis, fortunaeque partem constituerim, nec Tibi hoc ipso nomine injucundus magis sim, magisque molestus, si non aequo, obsequenti tamen animo laudes caeteras tuas de industria, cogitateque praeteream.

Tua nihilominus nunquam committet Auctoritas, quin palam hic omnibus libentissime faciam, me Tuum omnino esse, tuum

ſore semper, nec tandem alterius malle me unquam, quam Tuum. Vale, Princeps optime, quem qui norunt; (quis autem non novit?) ad beneficentiam, ad bonarum Artium tutelam, ad hominum praedicant tandem natum felicitatem.

Iterum vale. Kal. Aug. Pii VI. Pont. Anno XII. Ex Oppido Arcangeliano.

TYPOGRAPHUS LECTORI.

UT intelligas, quo studio, qua cura, diligentiaque Editionem hanc susceperim perficiendam; ne scilicet quid, Erudite Lector, haberes, quod a me tandem desiderares, quodque tuae satisfaciens curiositati, non nihil huic addere Libello dignitatis, atque splendoris posset, Auctoris humanissimi permissu, quarundam vulgandum hic loci litterarum Articulum duxi, quas ad eum de ipsomet hoc Libello dederat hodiernus Sanctae Pisaurensis Ecclesiae Pontifex, Vir doctrina, eruditioneque praeclarus. Non poſſo abbaſtanza esprimerle la soddisfazione mia nel leggere l'Operetta da Lei fattami tenere per mez-

mezzo di questo Signor Canonico Panigalli. Unita alla vasta Erudizione vi ho scorto la purità dello stile, la robustezza del ragionare, e sopra tutto lo zelo della Religione. Mi congratulo con questa Città, che le è Patria &c.



DE

DE SACRARUM AEDIUM

Apud Christianos Amplitudine, Et Ornatu.

Inter tot, tantaque Christianorum mores, Ecclesiaeque Disciplinam spectantia, quae Recentiores nonnulli haud vulgaris doctrinae Viri aggressi nuperrime sunt reformanda, non postremum fortasse locum ea sibi vindicant, quae de nimio (ajunt ipsi) Sacrarum Aedium splendore, ornatuque, profano potius, quam Religioso more eatenus disputarunt. Toti in hac emendatione Cultus adeo porro sunt, inque id negocii animum ita intendunt suum, ut ea, quam praedicant, reformatione tandem assecuta, incredibili quadam fiducia, (ne graviori utamur verbo)

magis

magis magisque in dies ad veterem illum sensim nos dictitent accessuros candorem, quo nihil erat Majoribus nostris in deliciis magis, nec Rei Christianae aptius videri cuique optimo poterat, accommodatius, praestantius. Prima quamvis fronte, nec odiosa nimis, nec Sapienti Viro non satis digna isthaec videri posset oratio, si res tamen gravius, ac omnibus examinetur ponderibus, dici vix poterit, quam a cordatorum hominum sensu, acceptisque a Majoribus institutis hujusmodi abhorreant Recentiorum Sapientum Commenta.

Ad hujus indolis opinionem in bonorum omnium invidiam, execrationemque adducendam, satis quidem esset hic loci tantum animadvertere, eadem, quae Nostri nunc Politici, sensisse olim & nefarios illos, ac perditos, qui cum a nobis turpissime desciverint, nil aliud optarunt vehementius

tius, quam quoquo modo poterant, Christianorum Leges, Instituta, omnia denique nostra invertere, permiscere. Non eos tamen hic mali furfuris homines nomino, qui cum omnem ferme Dei Cultum execrati fuerint, (*) Templa item omnia evertenda funditus dictitarunt. De iis tantum hic ser-

 mo,

(*) Confer quae de *Manicheis* meminit *Augustinus* contra Faustum, lib. XX. Cap. III. & IV. De *Messalianis*, *Damascenus*, lib. *de Cent. Haeres.* De *Petrobrusianis*, *Auctor Vitae S. Bernardi*, lib. III. Cap. V. Inter Templorum Vexatores adnumerandi item sunt. *Albigenses*, *Vualdenses*, *Vviclefistae*, *Transilvani*, *Taboritae*, *Anabaptistae*, de quibus vide *Bernar. Lutzemburgensem in Catal.* Claud. Conford. *lib. contra Vvalden.* Cap. VI., Thom. Vvalden. *Tom. III. titul. XVII.*, *& XXII.* Vide item, quae habet Aeneas Sylvius, *de Origine Boemorum*, Cap. XXXV. *Antiches. Christi veri*, *& Christi falsi*. Edit. Albae Juliae, anno MDLXVIII. Cardin. Bellarm., *Controvers.* Tom. II. lib. III. Cap. I.

mo, qui si Aedes sacras ultro admittunt, laudant; nihilo tamen minus earum improbant amplitudinem, ornatum; illud Persii quotidie pleno exaggerantes ore.

„ Dicite, Pontifices, in sancto quid facit aurum?

At quanto Politicis recentioribus nostris rationabilius *Lutherani* faciant, *Calvinistae*, & qui qui sunt hujus indolis homines, non est, qui non videat. Si enim quodvis ornamentorum genus a Templis omnibus amovendum omnino esse contendant, perfracte item negant, Christianorum Delubra compleri Numinis praesentia solere, ac majestate. (*) Non ad Deum colendum, ad

(*) Confer quae habet Augustinus lib. II. *ad Simplicianum*; & quae leguntur in *lib. III. Regum* Cap. VIII., & in *Paralip.* II. Cap. VIII. n. 1. *Operuit Nubes Tabernaculum Testimonii, & Gloria Domini implevit illud.*

ad Orandum, (*) non solemni ritu, ac pompa consecrandas, ut in more no-

strorum

(*) *Actor. III. Math. XXI.* Ioan. Chrysost. *Homil. VI. in Epistol. ad Corinth.* & Homil. III. *de Incomp. Dei Natura*. S. Leo Magnus *Serm. III. de Jejun. Sept. Mens.* Apposite Bellarminus „ Ecclesiae Christianorum recte ad „ *Orandum* etiam privata Oratione institu- „ untur. Probatur primo Scripturae testimo- „ niis; nam III. Reg. cap. VIII., & II. „ Paralip. Salomon affirmat, Templum fa- „ ctum esse, ut sit *locus Orationis*, & pe- „ tit a Deo, ut quicunque ibi oraverit e- „ xaudiatur. III. Reg. 9. Deus apparens Sa- „ lomoni pollicetur, ita futurum, ut ille „ petierat.... Praeterea Isaiae LVI. dici- „ tur *Domus mea, Domus Orationis vocabitur.* „ Et confirmat hoc ipsum Dominus Matth. „ XXI. .... Secundo probatur exemplis Scripturarum „ I. Reg. 1. Anna precatura Do- „ minum, ad Tabernaculum accedit, ubi „ erat Arca, ibique orans, exaudita est. II. „ Reg. 7. David similiter precaturus perre-

xit

strorum est: (*) ad quaedam tantum Sacra, adque Conciones habendas di-
Əti-

„ xit ad Tabernaculum, & coram Arca Do-
„ mini orare coepit.... Idem etiam David,
„ ut habetur I. Paralip. Cap. XXI. voluit
„ ire ad Tabernaculum Domini in *Gabaon*,
„ ut oraret pro avertenda peste a Populo,
„ sed non praevaluit nimio timore perterri-
„ tus, ideo in ipsa Hierusalem extruxit Al-
„ tare. Daniel oraturus, quia non poterat
„ ingredi Templum in Babylone existens,
„ captivus, saltem aperta fenestra orabat ad
„ eam partem conversus, ubi fuerat Tem-
„ plum Domini. Dan. VI. Luc. II. Anna
„ filia Phanuelis non discedebat de Templo,
„ jejuniis, & obsecrationibus serviens noƏe,
„ ac die. Luc. XVIII. Publicanus in Tem-
„ plo orans justificatur. AƏ. III. Petrus,
„ & Joannes ascendebant in Templum ad ho-
„ ram Orationis nonam. AƏ. VIII. Eu-
„ nuchus Reginae Aethiopum venerat adorare
„ in Hierusalem &c.„ Bellarm. Controvers.
T. II. Lib. III. Cap. IV.

(*) Confer, quae habentur in Concilio Gan-
grensi

ctitant sacras comparatas Aedes. (*)

Verum enim vero, ne ratio isthaec irreligiosa nimis, abnormisque opinandi, cujus & viros caeteroquin doctos, neque multum pudet hoc aevo, neque

grensi in Epist. ad Episcopos Armeniae, & in Can. XXIV. Vide etiam, quae definita sunt in Conc. Carthag. V. Can. XIV., in quo Martyrum Basilicarum hostes damnati solemniter sunt.

(*) Calvinus Lib. XIII. Institut. Cap. XX. n. 30. „ Cavendum, ait, ne secretam nescio „ quam Templis affingamus Sanctitatem, „ quae sacratiorem apud Deum Orationem „ reddat. Vera enim Dei Templa cum si- „ mus ipsi, in nobis oremus oportet, si in „ Templo Sancto suo Deum volumus invo- „ care". Illam vero crassitiem Judaeis, aut „ Gentibus relinquamus, qui praeceptum ha- „ bemus de invocando citra loci discretio- „ nem in spiritu, & veritate Domino.„ Si audis Damascenum, Haeres. LXXX., eadem mens fuit *Massilianis*. Vide Magdeburg. Cent. IV. Cap. VI. col. 407. & seqq.

poenitet, serpat paulatim, ac prodeat, omni prorsus studio, & contentione eniti Christiani sane hominis, aetatisque non modo meae, sed multum etiam superioris esse censuimus.

Sed jam inde a principio perpendenda res est: agedum consideremus hominem primum mox divinitus factum, inque Horto deliciarum; (sic enim appellant,) collocatum. Quidquid commodi, oblectamentique excogitari unquam potest; Pecudum scilicet pastus, Apum Examina, Plantae, Arbusta, viviradices, florum, ac fructuum varietas, Avium cantus, Rivulorum irrigationes, grataque eorum admurmuratio; uno denique verbo, omnia, quae possunt esse cum fructu laeta, tum aspectu pulcra, in potestate hominis hic sunt, Numinis beneficio, inque ipsum caritate quadam singulari:

„ Red-

„ Reddit ubi Cererem tellus ina-
„ rata quotannis,
„ Et imputata floret usque vinea;
„ Germinat & nunquam fallentis
„ termes olivae,
„ Suamque pulla ficus ornat arborem;
„ Mella cava manant ex ilice; mon-
„ tibus altis
„ Levis crepante lympha desilit pede
„ Hic injussae veniunt.... &c. (*)

Virescit interea tot inter arbores, arbustaque, ac sese multum tollit planta speciosa quaedam fructibus onusta suavissimis. Nefas homini ejusmet fructu vesci: quaevis in hoc hominis contumacia illico morte multanda; ceteris enim omnibus praestantior cum sit, Deo tantum reservata. (**) Omnium

 autem

(*) Horat. Epod. XVI.

(**) „ Praecepitque ei dicens: ex omni li-
„ gno Paradisi comede: de ligno autem
„ scientiae boni, & mali ne comedas. Genes.

autem istius loci Arborum hanc pulcherrimam, praestantissimamque extitisse, vel ex eo, quem tenebat situ colligi evidentissime poterit: *in medio Paradisi*. (*) Honoris hoc caussa, excellentiaeque dictum, factumque: non enim humilis quaeque, atque gregalis planta collocari, ac seri ab expertissimo Agricultore in horti medio amoenissimo unquam solet. (**) Quorsum haec tandem? Ut nimirum intelligant Politici Recentiores nostri, vel jam inde ab humani Generis exordio, nil aliud

(*) „ Lignum etiam Vitae *in medio Paradisi*; Lignumq.... Genes. Cap. II. *9*.

(**) Opinati sunt quidam, Lignum illud Scientiae boni, & mali veneficae omnino fuisse naturae; proindeque Numinis jussu homini vetitum. Excogitari nihil aliud poterat hoc stultius, falsius. Vide, quae in hanc risu excipiendam stultorum hominum opinionem disserit Aug. de Genes. ad lit. Lib. VIII.

aliud cordi fuisse magis Numini, (si tamen ita fas est loqui,) quam excellenti omnino a Mortalibus ratione coli, & qua vel homines possent dignitate majori.

At spontaneos nunc priscorum hominum actus Deo habiti Cultus persequamur. Nullus tunc temporis vel muneribus, vel sacris peculiaris locus; nulla praefinita materies, nulla denique ratio, divino fortasse constituta adhuc erat consilio; „ Primi enim il-
„ li Mortales (apposite Augustinus
„ Calmet) (*) in Religionis exerci-
„ tio minus externam pompam, fa-
„ stumque curabant: Cultus erat illis
„ simplex, & purus, sincerior Reli-
„ gio, atque in arcano mentis reces-
„ su se continens. Pii illi, & religio-
„ si Viri, paucis externae Religionis
„ sum-

(*) Calmet. Com. Lit. Vet., & Nov. Test. T. II. Diss. de Templis Vet.

„ summam complexi, intimis animi obsequiis se totos addiderunt. „ Nullius interea praestantiae, gregaliaque poma Deo primus offert Agricola: At praestantissimos Gregis primus item Pastor, optimeque habitos haedos, & agnos. Ecquid? Sacri Voluminis utar verbis: *Respexit Dominus ad Abel, & ad munera illius, ad Cainum vero, & ad munera ejus non respexit.* (*)

Ne

(*) Genes. Cap. IV. n. 4., & 5. Eruditionis tantum gratia exscribenda hic duximus, quae habet Corn. a Lap. allata Genes: verba exponens loco, qui supra. „ Quaeres quo „ signo declaraverit Deus, sibi placere O- „ blationes Abelis, non autem Caini, Res- „ pondeo: Communiter tradunt Patres, De- „ um id igne de Coelo misso in Sacrificium „ Abelis, non autem Caini declarasse: I- „ gnem enim hunc combussisse, & cosum- „ psisse Sacrificium Abelis; Caini vero Sa- „ crificium intactum reliquisse.

„ Ri-

Ne quis tamen dicat, nimio nos quodam vetustatis amore, studioque captos, a proposito inconsulto deflexisse. Ipse quoque fateor, cultum, quo coeperat *Enos* Deum prosequi; (*) *Noè* post Diluvium, *Abrabam* in saltu *Bersabeae*, *Jacob*, quo mysticam in somnis viderat Scalam, (**) minime cum Sacris nostris, ac Templis ulla posse ratione comparari. At si Victimarum integritas, Offerentium pietas, candorque spectetur, vel in ipsa temporum, morumque asperitate, quae praestantissima omnino essent, Deum ab hominibus semper exegisse patebit.

Cum autem hominum generi Deus ipse

„ Rident hoc Lutherus, & Calvinus, „ quasi Judaicas fabulas: verum idipsum „ asserunt, & tradunt Sanctus Hieronymus, „ Procopius, Cyrillus, Chrysostomus, Theo- „ phy.: &c. &c.

(*) Genes. Cap. VIII.

[**] Ibid. XXI. XXV. XXVIII.

ipse in dies sese magis admovere coepisset, quo item venerari hic in terris ab hominibus cultu, ac Religione vellet, quaeque illi de hoc mens omnino esset, tunc satis ostendisse videtur, quum *Moysi*, quem Hebraeorum genti praefecerat, Templum illud extrui jusserat, quod adsportari huc illuc commode posset, pro rerum ejusmet Gentis inconstantia, proque sedis quotidie fere mutandae necessitate. Ne nimis vero nota omnibus hic sigillatim videamur persequi, brevi sane praecidam, plura enim qui de Hebraeorum *Tabernaculo* desiderat, *Exodi* Librum adeat. Sat hic tantum meminisse, ad *Tabernaculi* structuram, ornatumque, Symbolam hebraeorum quemvis ultro suam contulisse: (*) tantumque Auri, Argenti, ornamentorumque *Moysen* ex donariis coegisse, quantum ab iis pote-

(*) Num. Cap. VII.

terat, (*) qui mox divinitus ab Aegyptiorum Tyranni captivitate servati, magna onusti praeda, montes, invia, desertaque loca petebant, ut Servatori Deo more Majorum Sacra facerent, proque tanto beneficio accepto vota, gratesque persolverent. Tabulata, columnaeque interea ex Lignis *Setim* aureis contectae laminis earumque solidae bases ex argento purissimo conflatae. Vasa omnia fere ex auro, sacraque tota suppellex, Aulaea, & Sacerdotum Vestes auro, argento, omnique gemmarum, & lapillorum genere illusae. Quid plura? Deus ipse, & quam splendidissima haec omnia, aptaque partium dispositione praestantissima omnino essent,

(*) Confer, quae habentur *Exod.* Cap. XXXVI. n. *6.*, quo haec praecipue occurrunt notanda. „ Jussit ergo *Moyses* praeconis voce cantari: *nec vir, nec Mulier offerat ultra in Opere Sanctuarii*. „ Vide praeterea ibid. Cap. XXV., usque ad XXXIX.

sent, ipsa Operariorum ingenia reddidit solertiora. (*)

At quid tanta vis auri, argentique, quidve tot, tantique sumptus profusi, Politici fortasse dicent nostri? Verum incongrua nimis, inconsiderataque profanorum hominum oratio! Nonne tantae sumptuositatis, tantique splendoris Sacrarum Scripturarum Codices Deum ipsum praedicant Auctorem? (**)

Post

(*) „ Fecit ergo *Beseleel*, & *Goliabet*, & „ omnis Vir sapiens, quibus dedit Dominus „ sapientiam, & intellectum, ut scirent fa„ bre operari quae in usus Sanctuarii neces„ saria erant, *& quod praecepit Dominus*. „ Exod. XXXVI.

(**) „ Perfectumque est igitur omne opus, „ & Tect. Test., *feceruntque filii Israel cun„ cta quae praeceperat Dominus*. Exod. Cap. „ XXXIX. n. 31. „ Quid plura? Nonne Deus locum genti hebraeorum sacrum, ejus compleverat gloria? „ *Nubes operuit Taber„ naculum Testimonii, & Gloria Domini im„ plevit illud*. Ibid. Cap. XI. n. 32.

Post varios casus, post tot discrimina rerum, quae nihil omnino est, quod referamus, re Judaeorum aucta, & ipse Dei Cultus patere latius coepit. Excogitatum enim primo a Davide Rege; (*) dein ab ejus, qui patrem excepit, sapientissimo filio, Templum illud excitatum, de cujus amplitudine, splendore, magnificentia loqui velle, hominis omnino esset intemperanter otio, & verbis abutentis: assequi enim oratione vix posset, caeterum nihil hoc notius, praedicatius. Conferantur hic, si placet, quae de sumptuosissimo isthoc Deo sacro Aedificio habentur in Libro Regum, & in Paralip. (**) Vide item, quae de Vasis sacris, de Sacerdotum, ac Levitarum Vestibus, deque ampla, maximi-

que

(*) Paralip. II. Cap. ultim., & penult., eodemque Lib. II. Cap. II. IV. V.

(**) Reg. Lib. III. & V. Paralip. II.

que pretii Templi Hierosolymitani supellectili narrat Josephus magnae in iis praecipue Auctoritatis Historicus. (*) Si vero eruditorum hominum computationes attendamus, tantam vim auri, argentique ad Templi Salomonis ornatum adhibitam fuisse deprehendemus, ut ejus pretium excessisse credatur aureorum bis mille centum nonaginta quatuor decies centena millia. (**) Neque dicas, tot ingentes sumptus (***) a Deo quo-

(*) Josephus Antiquit. Lib. VIII. Cap. II. & VII.

[**] Vide, quae habet Vilalpand. in Ezech.

(***) „ Magnificentia Templi, inquit Cornelius a Lapide, quanta, & quam eximia fuerit, ex variis coniici potest. Primum, quod Templum fuerit opus Salomonis, qui fuit Rex sapientissimus, opulentissimus, & magnificentissimus. Secundo, quod Templum factum sit ad ideam „ non hominis, sed Dei ipsius, qui illam „ de-

quoquo modo improbatos; excogitari enim hoc nihil sane posset ineptius,

C fal-

„ dedit Davidi, ut eam traderet Salomoni,
„ uti dixi. Volebat enim Deus, Judaeis, &
„ hominibus rudibus, qui Deum, & divina
„ aestimare, & ponderare nesciunt, divina
„ Majestas in Templi magnificentia reprae-
„ sentaretur, ut ex illa discerent eum aesti-
„ mare, revereri, & admirari. Hanc Caus-
„ sam dat Salomon, Paralip. II. Cap. II. n.
„ 5. Dicens: *Domus, quam aedificare cupio*
„ *magna est, magnus enim est Deus noster*
„ *super omnes Deos*. Tertio ex eo, quod
„ Templum hoc ab omnibus habitum est
„ Orbis miraculum. Insuper parietes, &
„ laquearia ejus tegebantur auro, & intran-
„ tium oculos fulgor undique excurrens, per-
„ stringeret, ait Josephus, Antiquit. Lib.
„ VIII. Cap. II. Quarto ex numero Ope-
„ rariorum, & praefectorum; laborarunt e-
„ nim in eo ducenta hominum millia, & am-
„ plius per septem continuos annos... Quin-
„ to ex opibus ad Templi fabricam Salo-
„ moni relictis; reliquit enim ei Pater

„ Da-

falsius. Et re quidem vera, nonne Deus ipse Templum hoc Domum, sedem-

„ David, ut dicitur I. Paralip. Cap. XXII.
„ num. 14. centum millia talentorum au-
„ ri, quae ad nostram monetam redacta,
„ faciunt mille, & ducentos milliones, mil-
„ lionem voco decies centena millia aureo-
„ rum. Insuper reliquit ei mille millia ta-
„ lentorum argenti, quae tantundem efficiunt,
„ puta, mille, & ducentos milliones auri.
„ Libra enim una auri olim valebat decem
„ libras argenti. Universim ergo reliquit ei
„ bis mille, & quatrigentos milliones aure-
„ orum, praeter Aes, Ligna, lapides cae-
„ tera quaeque fabricae in numerum. Unde I.
„ Paralip. XXII. n. 14. additur: *Aeris ve-*
„ *ro, & ferri non est pondus, vincitur enim*
„ *Numerus magnitudine. Sexto malleus, &*
„ *securis, & omne ferramentum non sunt au-*
„ *dita in Domo cum aedificaretur*. Addit
„ Josephus in fine Lib. XV. *toto tempore,*
„ *quo Templum struebatur nunquam interdiu*
„ *pluvisse, noctu tantum imbribus* descenden-
„ tibus, ne interrumperetur aedificatio. Licet
„ Jo-

demque suam in terris dixerat, quam sensibili quadam ratione sua comple-

verat

„ Josephus ibi proprie loquatur de Templo „ Herodis... Septimo, Hebraei decem mi- „ ra, & miracula Templi recensent, penes „ quos sit fides. Primum nunquam aborti- „ vit mulier propter carnis nidorem in San- „ ctuario. Secundum, nunquam foetuit ca- „ ro Sanctuarii. Tertium neque conspecta „ fuit musca in domo mactationis. Quar- „ tum, non accidit casus nocturnus Sacer- „ doti Magno in die expiationis. Quin- „ tum, non extinxerunt pluviae ignem, qui „ erat in strue Lignorum. Sextum, non vi- „ cit ventus Columnam fumi. Septimum, „ non repertum ullum vitium in *Gomer*, ne- „ que in duobus panibus, nec in panibus fa- „ cierum. Octavo, stabant coarctati, & a- „ dorabant dilatati. Nonum, nunquam lae- „ sit aliquem Serpens, & Scorpio in Hie- „ rusalem. Decimum, nec dixit homo So- „ cio suo: angustior est mihi locus, quam „ ut possim pernoctare in Hierosolymis. „ Corn. à Lapid. in III. Reg. Lib. III. „ Cap. *6*. „

Prae-

verat gloria, ac majestate? (*) Nonne accepta, grataque futura ea sibi contestatus fuerat vota, & sacra; quae rite homines religiosi in Templo persolvissent? (*) Nonne tandem in se re-

Praecipua quae Vir doctus ex hebraeorum sententia refert, deliramenta omnino sunt, & risum potius, quam admirationem movent: Indigna proinde sunt, quae a Scripturarum magni ceteroquin Nominis Interprete, Eruditorum oculis subiiciantur. Exscripsimus ea tantum, ut sciant minus cauti, quot semper Hebraeorum Gens somniaverit ineptias. Legenda potius ea sunt, quae de Salomonis Templo in suo *de Republica Hebraeorum* Opere habet *Sigonius*, L. II. C. V., & Joseph. Ant. &c.

(*) *Elegi locum ipsum mihi in Domum*. Paralip. II. Cap. VII. n. 1. *Operuit Nubes Tabernaculum Testimonii, & Gloria Domini implevit illud*. Exod. Cap. XL. n. 32. *Impleverat enim Gloria Domini Domum Domini*. Reg. III. Cap. VIII.

(*) Apparuit Ei Dominus dicens: *Exaudi ora-*

receperat, difficillimis Hebraeorum rebus, se nunquam isthic defuturum?

At nostri hujus aevi Politici, eoquid, ajunt, ad nostros mores faciunt tanta Deo habiti Cultus Judaeorum ostentatio, & pompa? Gens isthaec, utpote rudis, crassaeque Minervae, a sensibili tantum duci apparatu poterat, iisque dumtaxat affici, quae sensus hominum scalpere exquisite solent. Si Ethnicos interea morem hunc imitatos (*) fuisse olim quis dixerit, no-

orationem tuam; *Sanctificavi Domum hanc*, quam aedificasti, ut ponerem nomen meum ibi in sempiternum. Paralip. II. Cap. VII. num. 1.

(*) Quamvis nonnulli Ethnicorum adhaerentes Persio, *in sancto quid facit aurum?* Templorum magnificentiam, & Supellectilis improbaverint splendorem; ut enim est apud Lampridium in vita *Severi*, is Romanorum Imperator Augustus, non ultra quam quatuor,

stra nihil sane interest; id ipsi viderint. Nobis interea secus institutis, dissimilibusque prorsus moribus imbutis, nil cordi esse magis unquam debet, quam vestigia Majorum sequi, penes quos olim magna laus erat, habitus, cultus, caeterarumque rerum summa vivere parsimonia. Jam usque ab Apo-

stolo-

tuor, ad summam quinque Auri Libras admittendas in quolibet Templo jusserat: innumera tamen Templorum apud Gentes magnificentiae extant argumenta inelu&tabilia Nimis est Eruditis Viris mos Ethnicorum notus, quem hic recolendum puto. Virgines Nobiles, ad puberem cum pervenissent aetatem, Templum Veneris adibant, Deaeque Imagunculas ex auro offerebant. Si Diogenes, ut est apud Laertium Lib. VI., sub Imagine *aurea* Veneris, quae erat Delphis, quamque Meretrix obtulerat *Phryne* inscripsit: *ex Graecorum intemperantia*; non Rei oblatae pretium, Offerentis tantum crimina, & vitia, Philosophum detestatum fuisse dicendum.

stolorum temporibus quaevis privata Domus, vel ejusmet interior pars, quae magis a profanorum hominum strepitu, ac tumultu semota apta satis videbatur, in qua majores nostri convenirent, sacras agerent preces, rem facerent divinam, dies suos denique festos celebrarent. Christianorum vero rebus sensim auctis, vel Aedes ipsae privatorum in Templa redactae, vel plurima per orbem inaedificata recens fuerunt, ampliora quidam pro Gentis nostrae incremento: omnibus ferme tamen ornamentis, & quavis ampla exuta supellectili, qua nostra nunc Delubra sanctissimis Religionibus consecrata, non vestiri tantummodo, ornarique solent; verum ingenti luxu quodam, boni omnes quem putant vix ferendum, cumulari. „ Neque ali„ quis apponat, (ajebat Divus Hie„ ronymus ad Nepotianum,) dives

„ in Judaea Templum, mensam, lu-
„ cernas, thuribula, patellas, scyfos,
„ mortariola &c. ex auro fabrefacta:
„ tunc haec probabantur a Domino,
„ quando Sacerdotes hostias immola-
„ bant, & sanguis pecudum erat re-
„ demptio peccatorum: Nunc vero,
„ cum paupertatem Domus suae pau-
„ per Dominus dedicarit, cogitemus
„ Crucem ejus, & divitias lutum pu-
„ tabimus &c. „

Scrupulose tamen Nostri, minuteque nimis isthaec rimantur Politici: Quin immo non aliud excogitari ab iis hoc stultius paterat, ineptiusque profari. Re enim vera nonne Apostoli, Christique Asseclae, divini eorum Ducis vestigia sectantes, in ipsis Religionis nostrae primordiis quotidie Templum illud adibant Hierosolymitanum, illic Conciones habebant, orabant, ad veri Numinis cultum homines revocabant?

bant? Quis vero dixerit de hujusce vetustissimi Templi splendore, amplitudine, eos unquam fuisse conquestos? Vel tot, tantaque ornamenta, sumptusque profusos, uno saltem verbo ab Apostolis improbatos? Allatam vero Hieronymi auctoritatem quod spectat, Bellarminus audiendus, qui nodum, quem adversarii quaerant in scirpo, Doctoris verborum sensum dilucide, & liquido exponens, relaxat, hisce nimirum verbis, quae faciunt ad rem nostram maximopere. „ Observa
„ igitur primo, propositum Hierony-
„ mi esse, ut reprehendat eos, qui
„ majorem curam habent Templi ma-
„ terialis, quam spiritualis, idest, qui
„ Aedificia mirabiliter ornant, & ta-
„ men non curant, an ad sacra my-
„ steria eligantur idonei, vel an ido-
„ nei. Sic enim incipit Hieronymus e-
„ am reprehensionem ornatus Templo-
„ rum

„ rum : *Multi aedificant parietes*, *&*
„ *columnas Ecclesiae substruunt*, *mar-*
„ *mora nitent auro .... & Ministro-*
„ *rum Christi nulla electio est*. Haec
„ ille, quae verissima sunt, & fue-
„ runt semper.

„ Secundo, nota ornatum Taberna-
„ culi, & Templi Judaeorum aliquo
„ modo typicum, & caeremonialem
„ fuisse; Tabernaculum enim, & Tem-
„ plum cum omni suppellectile figurae
„ fuerant Ecclesiae Christianae, ut
„ patet ex Jacobi concione Actor. XV.,
„ ubi de Ecclesia exponuntur verba
„ *Amos*, Cap. IX. *Post haec revertar*,
„ *& reaedificabo Tabernaculum David*,
„ *quod decidit*, *& directa ejus reae-*
„ *dificabo*, *& erigam illud*. Item ex
„ Paulo prima ad Corinthios, n. 10.
„ *omnia contingebant illis in figura*.
„ Denique idem patet ex illa accura-
„ tissima descriptione Templi, quae
„ habe-

„ habetur *Ezechiel* XL., & sequenti-
„ bus, & ex eo, quod dictum est
„ *Moysi*, ut faceret omnia accurate
„ ad exemplar, quod in mente vide-
„ rat: Exod. XXV. Quia ergo Taber-
„ naculum, & Templum figura erant;
„ ideo necesse erat, ut essent talia,
„ qualia fuerant, nec poterant aliquid
„ minus, vel magis habere, quia alio-
„ qui non recte repraesentassent. Ut
„ etiam in Scriptura, si una litera
„ mutetur, non amplius significat id,
„ quod antea significabat. Et quoniam
„ figurae Testamenti Veteris jam sunt
„ completae, & Lex caeremonialis a-
„ brogata est: ideo qui nunc existi-
„ maret, esse necessarium tale Tem-
„ plum, quale fuit Judaeorum, super-
„ stitiosus esset; ut hoc tempore Ju-
„ daei vere superstitiosi sunt, dum
„ existimant, non licere sacrificare,
„ nisi in Templo tali, quale fuerat
„ Sa-

„ Salomonis. Et in hoc sensu repre-
„ hendit Hieronymus Templorum or-
„ namenta; nam etiamsi modo nulli
„ sunt inter Christianos, qui revera
„ existiment, Templa necessario re-
„ quirere illum ornatum, ut existima-
„ bant Judaei; tamen dum anteponunt
„ curam fabricae materialis ipsi ele-
„ ctioni Ministrorum, & Aedificio spi-
„ rituali, videntur facti aliquo mo-
„ do affines superstitioni Judaeorum;
„ quod etiam notavit Beatus. Bernar-
„ dus in Apolog. ad Gulielmum Ab-
„ batem: *Mihi*, inquit, *quodammodo*
„ *repraesentant antiquum ritum Judaeo-*
„ *rum*. Nota tertio Tabernaculi, &
„ Templi Judaeorum ornatum non so-
„ lum *caeremonialem*, *&* *typicum* fuis-
„ se, sed etiam *moralem*; nam etiam-
„ si nullius rei figura fuissent; tamen
„ ratio ipsa naturalis dictasset, *Do-*
„ *mum Dei orantem esse debere*: &
„ hoc

„ hoc modo recte trahimus ornatum „ Tabernaculi, & Templi Judaeorum „ in exemplum nostrorum Templorum. Neque hoc unquam reprehendit Hieronymus, imo diserte dicit „ in Epistola ad Demetriadem : *Non* „ *abnuo*, non *reprehendo*. „ (*) Nihil sane ad haec Bellarmini verba addendum arbitror : ut luculentius tamen hostes recentiores Templorum, rerum quas optant, consecutiones pessimas videant, modo jam; ut ab initio res penes nos constituta sit, cognoscamus.

Vel eos vix primis Christianorum Historiae rudimentis imbutos haud arbitror ignorare, primis Ecclesiae temporibus, seculo nimirum primo, & fortasse altero, in Christianorum album admodum paucos homines fuisse conscriptos, qui vel generis nobilitate,

(*) Bellarm. Controvers. Tom. II. lib. III. Cap. VI.

te, ac opibus, vel potentia, & gratia adeo sane valerent, ut ipsorum opera, & studio, Deo a nostris habito cultui is adderetur splendor, sine quo quidem ipsae res augustiores, opinione saltem vulgi, solent esse contemptae. (*) A Cultu enim, (omnibus ut in

(*) Cl. Mamacchius ad Calc. lib. II. Origin. & antiquit. Christ., & si totus in eo sit, ut inter Christianos a primis quoque saeculis complures Nobiles, magnosque floruisse Viros contendat; fateri tamen haud veritus est, horum perpaucissimos extitisse primo, vel altero saeculo., *Atque*, ait eru„ ditissimus Auctor, sic *equidem status, primo saeculo aliquos, altero multo plures, tertio autem plurimos in Ecclesia floruisse, qui nobilitatem familiarum, dignitate, opibusque valerent*. Sed simus liberales: plures concedamus floruisse: At quid inde? Non necessario hinc sequitur, horum opibus, & gratia Dei cultum augeri palam, quoad splendorem Sacrarum Aedium, dignitatemque potuis-

in ore tunc erat) per quemdam fere ignotum, Crucique turpiter affixum, quem vulgares, pannosique homines profitebantur, efferebant, dici vix potest, quantum Viri nobiles,. Civitatumque principes abhorrerent. Aliquid tunc temporis erat, si fortunis singulorum, ac bonis omnibus ultro divenditis, communique Aerario inter eos constituto, invicem ali satis idonee possent, decentique ratione sustentari: tanto nimirum abfuit, ut nostris, ei quem colebant, Numini, ipsiusmet Cultus Auctori, Aras, magnificentissimaque datum tunc esset Delubra sacrare.

Quum

tuisse. Vix enim dici Christiani coeperant & ipsi Civitatum Principes, Senatores, Viri Consulares, quod statim gratia, dignitate, opibus excidebant, deque servorum vulgariumque hominum grege dicebantur, habebanturque ab Ethnicis.

Quum sit igitur ob summam Rerum Christianarum inopiam factum (*), morumque asperitatem ut jam inde a principio, vel nullas omnino, quod

(*) Innumera sunt veterum Scriptorum Testimonia, quibus apertissime evincitur, nostris olim objectam fuisse ab Ethnicis paupertatem, ipsamque, (ut est apud Minucium Felic. in Dialog. inscript. *Octavius*,) inscitiam atque nuditatem. *Impolitos*, *rudes*, *agrestes*, *plebejos*, *indoctos* pleno ore Ethnici appellabant Nostros. Vide *Lucian. Dialog. de morte Peregr.* Tom. III. pag. 338. In Dialog. *Octav.* sic apud *Minuc. Felic.* Caecilius ad Christianos: „ siquid sapientiae vobis, aut verecundiae est, desinite Mundi plagas, & Coeli fata rimari. Satis est pro pedibus aspicere, maxime *indoctis*, *impolitis*, *rudibus*, *agrestibus*, quibus non est datum intelligere *Civilia*, multo magis denegatum est discernere *Divina*. „

Confer etiam, quae sunt apud Tertullianum Apol. Cap. XLIX. Lib. I. Lactant. Firm. lib. IV. C. XIII. Arnob. lib. I. p. 15. Edit. 1651.

quod audentius tamen haud dixerim; (*) vel inornatas Majores nostri, ac

D ine-

(*) Apud Veteres nostros, Apostolorum saltem temporibus, nulla omnino extitisse Templa vel ex iis colligere quis posset, quae contra Ethnicos nonnulli veteres Ecclesiae Patres disseruerunt. Gentes enim praeter coetera, illud praecipue nostris vitio dabant; carere eos scilicet *Aris*, ac *Templis*. „ Nonne, (clamat *Arnobius* contra Gentes Libro VI.) nonne prima, & maxima contumelia est, habitationibus Deos habere distinctos? „ Vide & Minuc. in Octav.

Adsunt interea tamen, & maxime quidem ponderis Monumenta vetustatis, quibus contraria evincitur, fulciturque sententia. Prima enim ad Corinthios haec habet Apostolus: *Convenientibus in Ecclesiam audio scissuras esse inter vos*. *Ecclesiam*, de qua hic sermo, haud privatam fuisse Domum ex iis patet, quae sequuntur: *Numquid Domos non habetis ad manducandum, & bibendum, aut Ecclesiam Dei contemnitis?* Et Cap. XXIV. *Mulieres in Ecclesiis taceant. Si quid autem*

vo-

inelegantes sacras haberent Aedes; qui Christiana florente Republica, Templo-

volunt discere, Viros Domi interrogent. Videndus etiam Sanctus *Justinus* Martyr in Apolog. *Tertullianus* contra *Valent. Cyprianus* Serm. de Eleemos. &c. &c. Quamvis nodosa res, atque satis intricata videatur, nihilo tamen minus facili, elegantique ratione, ut solet, hunc relaxat nodum Cl. *Mamacchius*. „ Represserant, (Patres scilicet Ecclesiae „ Veteres,) represserant eorum audaciam, „ qui nos damnabant, propterea quod Templis, Simulacris, Arisque careremus. Esse „ enim Majores nostri, ajebant, Christia- „ nos omnes longe distantes a superstitione „ Deorum; Nam, qui Deum unius aut Tem- „ pli, aut Simulacri angustiis contineri pos- „ se arbitrabantur, nossent magno in errore „ se, atque in summa rerum divinarum i- „ gnoratione versari. His autem moribus, „ eaque opinione Ethnicos vivere, qui Deos „ suos in Templis, ac Simulacris velut in „ angustiis tenerent. Esse in ea sententia „ nos, ut homines Templa Dei esse creda- „ mus,

plorum apud nostros improbant amplitudinem, eorumque execrantur ornatum,

„ mus, hosque orantes Deo vero sacrificare, „ quocunque tandem loco orent. Esse namque ubique locorum Deum. Verum cum „ sic illi disputant, occultabant, quae ad „ Ecclesias, Altaria, sacraque nostra perti- „ nerent, quod, non esse in Ethnicorum vul- „ gus efferenda censerent, quae si intellecta „ non essent, a temerariis, rerumque impe- „ ritis hominibus irriderentur. „ Ita *Mamach. Origin. & Antiquit. Christ.* Tom. I. Lib. I. Cap. III. §. *16.* n. 11.

Vide item *Origen.* Lib. VIII. contra *Celsum* pag. 327. & Lib. III. pag. 482. n. 52. Copiose tamen de iis idem *Mamacchius* in Opere laudatissimo, cui Tit. *De' Costumi de' primitivi Cristiani* Tom. I. Cap. IV. §. 2. &c. tot. Adde, quae Laurentius Selvaggius habet in Opere, quod inscribitur. *Antiquit. Christ. Institut.* Lib. II. Part. I. Cap. II. §. VI. n. 18. „ Verum quidem est (ait „ Selvaggius (, quod ubi Gentiles Fidelibus „ exprobrarunt, nulla hos habere altaria,

„ ve-

tum, Ecclesiae Sanctae Dei tam nequiter invident gloriae, ac majestati, ut

„ veteres Christiani Apologetae id non ne-
„ gaverint, quin potius libere fassi sint. At
„ istud non nisi & sensu intelligendum est,
„ quod non haberent Altaria ad Idolorum
„ cultum adcommodata, pro quibus Gentiles
„ dimicabant; uti quoque negabant, se ha-
„ bere Altaria sensu Judaico, ad offerenda
„ in illis cruenta sacrificia. Pro *Eucharistia*.
„ autem, & *incruento Sacrificio*, Altare se ha-
„ bere nunquam non professi sunt, „

Non obscure ferendum puto, *Vedelium*; *Suicerum*, nonnullosque alios Christianarum Antiquitatum Scriptores collegisse ex quibusdam locis *Arnobii*, *Origenis*, *Minucii Felicis*, & *Lactantii*, Nostros, tribus saltem prioribus Ecclesiae seculis, locis ad Dei cultum comparatis omnino caruisse, videndi hac de re *Videl. Exercit. in Ignat. Suicer. Thes. Eccl. Medus* tamen in absolutissima Dissertatione, contrariam tuetur sententiam. Vide etiam *Cyapin. Veter. Monumen.* Cap. XVIII. Extitisse autem ante Constantinum Magnum non-

ut nihil, eorum sententia, videatur praestantius, optatius, nihilque acci-

nonnullas apud nos Aedes Sacras disertissime demonstrat Cl. Canonicus Marinius Popularis meus, nunc Reatinus Pontifex: *Se in Ravenna fossero Chiese Pubbliche prima, che Costantino il Grande dasse la pace alla Chiesa?* Dissert., quae habetur Tom. II. *Societ. Lit. Raven.*

† Extat adhuc Velitris Templum vetustissimum sub *Salvatoris* titulo, quod ad Seculum spectat Ecclesiae primum. Ita *Alexander Borgia Nucerinus Episcopus*, qui in elaboratissimo Opere: *Istoria della Chiesa, e Città di Velletri*, haec habet „ Nell'anno appunto, in cui il Sommo Pontefice Clemente ricevè la Corona del Martirio, fù in Velletri eretto, e consegrato al nostro divin Salvatore, ed alla sua Santissima Madre il primo Oratorio, ove si adunavano i Fedeli per dar opera agli esercizj della nostra Santa Religione ..... Si conserva ancora nella nostra Città questa Chiesa del Santissimo Salvatore di som-

dere eis gratius posse, quam ipsis & nos premi angustiis, ac egestatibus, qui-

„ ma, e venerabile antichità: ..... Trà le
„ sue antiche ruine fu trovato un Marmo
„ corroso colla seguente Inscrizione, che del-
„ la detta Dedicazione fa certissima fede:

„ Deo... alvatori Opt. Magove ac
„ Dive Genetrici... Sac....
„ Ann. Dni. C.

„ Rimase già lungo tempo una così illu-
„ stre Memoria dell'antica pietà, e fervore
„ dei nostri Concittadini in luogo ignobile:
„ ma nell'Anno MDCXL., per opera dell'
„ Arciprete di quella Chiesa, fu ivi collo-
„ cata al lato sinistro dell'Altar maggiore,
„ e aggiuntavi l' infrascritta memoria in
„ marmo:

„ Antiquissimum hoc
„ Christianae Religionis
„ Monumentum
„ Vetustate collapsum
„ Quod e Ruinis olim Ecclesiae hujus
„ Haud nobili loco jacuit
„ Hic spectab. collocandum curavit
„ A.

quibus Majores olim nostros obrutos accepimus extitisse.

D 4 Vi-

„ A.R.D. Franciscus Spaventa Veliteranus
„ Ejusdem Ecclesiae Archipresbiter.
„ Anno Domini M.D.C.X.L.

Eruditionis gratia, & ea hic juvat excribere, quae ipse *Borgia* adiicit ibid. §. 46. „ „ Nasce grave dubbio, perchè ivi si scorge notato l'anno del Signore, il che a que' tempi non costumavasi; conciossiacosachè secondo l'opinione di molti Scrittori, Dionisio Abbate, per sopranome *Exiguo* fu il primo, che nell'anno di nostra salute DXXV. quando egli formò il suo *Ciclo* chiamato da Lui *Dionisiano* pose per capo di esso la *Incarnazione di nostro Signore*, e indi dedusse il conto degli anni, la qual ottima, e religiosa usanza è stata poi da tutta la Chiesa fino ai dì nostri seguitata. Ma tutto ciò può ben far credere, che la riferita memoria non fosse posta nell'anno stesso C., in cui fu quell'Oratorio, o Chiesa dedicata, come neppur noi ci persuademo, che in que'

„ tem-

Videant praeterea Recentiores hujus indolis Politici, quorsum inconsiderata eorum spectet oratio! Si non verbo,

„ tempi, quando la Chiesa di Dio gemeva
„ sotto la tirannide de' suoi persecutori, pren-
„ dessero cura i Fedeli di notare in Pietre
„ marmoree, ed esporre agli occhj di tutti
„ le memorie dei loro religiosi principj.
„ Ma non perciò lasciamo di credere, che
„ dopo resa la pace alla Chiesa; e forse vi-
„ cino ai tempi di *Dionisio Exiguo*, fosse
„ eretta questa Lapide per memoria di un
„ antico fatto, noto ai Posteri per tradi-
„ zione de' Maggiori, e per antiche Scrit-
„ ture, e per molti altri Argomenti. La
„ forma de' Caratteri, che sono senza dub-
„ bio antichissimi, e puramente *Latini*, non
„ ancor da' *Longobardi*, o da' *Goti* nelle lo-
„ ro guise trasformati, ci fa anche chiara-
„ mente conoscere, che prima che per lunga
„ dimora in Italia di questi Barbari, i ca-
„ ratteri latini si alterassero, che fosse o-
„ pera de' tempi prossimi a *Dionisio Exiguo*
„ nel principio del VI. Secolo.

bo, re tamen desiderio quodam, impiaque flagrare videntur cupiditate, Ecclesiam videre adhuc se velle, (sic enim existimo) dire a Tyrannis exagitatam; ut ipsis omnino sit grave, optimis sub Principibus a non ferenda servitute, in libertatem fuisse tandem bonorum omnium plausu, laetitiaque vindicatam. Ne quis tamen credat, nos haec plus aequo consectari voluisse paullum animadvertant quaeso Sacrarum Aedium magnificentiae Vexatores; quomodo scilicet sese haberent res nostrae, quum vel nullas, ut ipsi dictitant, vel inelegantes Sacras habebamus Aedes.

Exactis magnis Ecclesiae Ducibus, Sanguis eorum fusus (*), intelligi vix po-

(*) „ Ad hoc spectant Versus ignoti Vatis:
„ Sanguine fundata est Ecclesia, Sangui-
„ ne crevit,
„ Sanguine nutritur, sanguine finis erit.

potest, quam Christianorum, ut ita dicam, Semini tribuerit foecumditatem. Re enim vera, multiplicatis Christiani Nominis hostibus, & res item nostrae auctae mirum in modum sunt. (*) Pri-

(*) „ Nequidquam tamen proficit, ajebat „ Tertullianus ad Gentes, exquisitior quae- „ dam crudelitas vestra; illecebra est ma- „ gis Sectae. Plures efficimur quoties me- „ timur a Vobis: *Semen est Sanguis Chri-* „ *stianorum*. „ Apolog. Cap. I. Apposite & ipse Justinus Martyr. „ Dum gladio percu- „ timur, dum crucifigimur, dum Feris tra- „ dimur, & vinculis, & igni, & aliis tor- „ mentis adigimur, a confessione, ut mani- „ festum est, non discedimus: sed quanto „ magis magisque talia Nobis infliguntur, „ & plures alii per nomen Jesu fideles, & „ pii fiunt. „ *Dialog.* cum *Triph.*: Hinc Sacer Poeta cecinit:

„ Nec furor quisquam sine laude nostrum
„ Cessit, aut clari vacuus cruoris;
„ Martyrum semper numerus sub omni
Grandine crevit. (Prud. Hymn. IV.

Primis tamen Ecclesiae Seculis, nonnullis exceptis intermissionibus, quibus visi sunt Nostri quodammodo respirare, ita in nos saevitum immaniter est, ut non nisi divinitus, Christianos superesse omnino potuisse credendum. (*)

Refugit animus, ea nunc dicere, quae passi sunt nostri vel ipsis Populi tumultibus, vel in Provinciis Praesidum invidia, & odio, vel tandem Ethnicorum Caesarum Edictis. Miserrimis illis diebus satis fortasse erat vel in levem quemvis suspicionem adductum,

(*) Sub *Diocletiano* & ipsi *Ethnici*, Nomen deletum fuisse Christianorum putarunt. Colligi hoc poterit ex Inscriptione, quam in Annalibus refert *Baronius*, *& Spam. de praestantia, & usu Numism. Dissert. III.* pag. 23. Ea sic habet -- *Diocletianus, Jovius, & Maximian. Herculeus Caess. Augg. amplificat. per Orientem, & Occidentem Imper. Rom., & Nomine Christianorum deleto, qui Rempublicam everterunt.*

tum, (*) sese in Christianorum album quoquo fuisse modo cooptatum, ut ipsa

(*) Vix dum sese in corpus collegerant nostri, exque tenui fortuna, summa ne dicam mendicitate, ad aliquas processerant Opes, quod statim Judaeis, atque Ethnicis odio venire coeperunt. Judaeorum in nostros persequutionem, & excitatos tumultus quod spectat, ea conferenda hic sunt, quae habet *Justinus* in Dialogo cum *Triphone* pag. 192. & 204. Edit. Monac. Sancti Mauri. „ Eos, „ (ait Sanctus Martyr, ibid. pag. 323.) „ qui se tantummodo Christianos esse fatentur, neci dedentes „ Et pag. 337. „ Colliget Deus, (Ecclesiam scilicet) affectam, „ hoc est ex Orbe terrarum ejectam, quantum in vobis, & aliis cunctis mortalibus „ est situm, quandoquidem non solum ex „ possessionibus suis Christianorum quisque „ exigitur; verum etiam in mundo toto nemini eorum vivere permittitur &c. „ Audi etiam *Tertullianum*, Apolog. Cap. XXI., & praecipue *Athenagoram* in Legatione pro Christianis, inter Opera *Justini Martyris*, Edit.

ipsa nimirum plebs, insciis interdum Praesidibus, atque Praefectis, violentas in eum iniicerent manus, minime vel Dignitati parcens, vel Aetati, vel Sexui. Quis interea nostrum ignorat, quo-

Edit. Monacor S. Mauri pag. 280. apud *Mamach.* Orig. Cap. VIII. Lib. II. pag. 415. Not. 1. „ Ac vos obsecramus, ut & de nobis aliquid cogitatis, quo tandem aliquando a *Sycophantis* mactari desinamus..... corporibus, ac vitae nostrae, postquam projecerimus pecunias nostras, insidiantur. „ Sic etiam *Thophylus* ad *Autolycum* in fine Libri III. „ Christianos, qui verum Deum venerantur (Ethnici) hactenus sunt persecuti, nec adhuc hodie persequi cessant: immo iis, qui verborum quibusdam illecebris Deum conviciantur, praemia, & honores decernunt, quosdam eorum, qui festinant ad virtutem capessendam, & sanctam vitam agunt, lapidibus obruere, quosdam interficere adhuc hodie non cessant Christianos crudelissime, atque inhumanissime virgis caedere &c. &c.

quoties veteres Christiani improviso deprehensi, circumventique, Sacra in ipsis privatis Aedibus facientes, vel clanculum orantes, viri saepe fuerint, (*) igne domibus admoto, Gentium furore, invidiaque combusti? Quid plura? Loca ipsa praerupta, specus, antra saepe nostri adire coacti, vix, ac ne vix quidem sub terra habitantes, (*) res non tantum Sacras, verum ne se

(*) Legendus *Arnob.* lib. IV. pag. 132. & *Lactan.* Lib. V. Cap. XI. Ipsi Haeretici contestati, fassique id sunt, ut videre est, praesertim apud Georg. Valchium Lib. I. Cap. I. pag. 4.

(*) Hac fortasse de caussa *Caecilius in Octav.* Christianos appellat *latebrosam, & lucifugam Nationem*. Antiqua Inscriptio post *Aringhium, & Mabillonium, a Boldetto* relata, abque recentioribus eruditissimis viris, a *Cl. Zaccharia* praesertim, Tom. I. Dissert. edit. Fulgin., quem honoris hic caussa nomino, sapientissime illustrata, satis super-

se quidem ipsos ab Ethnicorum poterant importunitate, saevitiaque servare.

Ve-

perque declarat, quonam modo Majores nostri, se se olim occultarent, ne opprimerentur ab Ethnicis. Ea Inscriptio sic habet. -- *Alexander mortuus non est, sed vivit super astra, & Corpus in hoc Tumulo quiescit. Vitam explevit cum Antonino Imperatore, qui ubi multum beneficii antevenire praevideret, pro gratia odium reddit. Genua enim flectens vero Deo sacrificaturus, ad supplicia ducitur. O tempora infausta! Quibus inter sacra, & vota ne in Cavernis quidem salvari possumus. Quid miserius vita? sed quid miserius morte? cum ab Amicis, & Parentibus sepeliri nequeant. Tandem in Coelo coruscat. Parum vixit, qui vixit IV. X. tem.* -- Scio, *Fleettvvoodum*, & *Cuperum* hanc in dubium revocasse, sed injuria, ait *Mamachius*: „ Quid „ enim judicent ii, qui neque Saxa vi- „ derunt, neque Romae, qua diligentia Mo- „ numenta perquirantur cognorunt? Atque „ in Cryptas, quemadmodum fictae Tabulae „ introduci potuerint, ut diu post detegerentur,

Verum & aliud accedit magnis ardelionibus nostris incommodum. In ipsis Religionis, Cultusque nostri primordiis, Apostolorum scilicet temporibus (quis crederet?) Judaeorum, ac Ethnicorum in Christianos adhuc furore, invidiaque ebulliente, nihil fortasse magis cordi erat nostris, quam Aedes extruere Sacras, easque omni, quo tunc poterant ornamentorum genere complere. (*) Alterum vero, tertium-

„ tur, inducerentque incautos in errorem, ne „ suspicari quidem possum. „ Orig., & Antiquit. Christ. Tom. I. Lib. II. Cap. VIII. §. I. not. 4. Confer etiam, quae habet Vir ipse Clar. in suo laudato Opere, cui Titulus: *De' Costumi de Primitivi Crist.*: Tom. I. Cap. IV. §. 2. p. 299., & 301. Edit. Rom. Videndi item sunt *Bold.* sopra i Cimit. di Roma Lib. I. *Aringh. Rom. Subt.* Lib. I.

(*) Ampla cujusdam Theophili Domus, qui ut fert Christiana vetustas, *erat cunctis poten-*

tiumque Ecclesiae seculum quod spectat, notatu digna omnino sunt, quae narrat Eusebius. (*) „ *Priscis Aedificiis* jam non contenti, in singulis Urbibus *Spatiosas ab ipsis fundamentis extruxerunt Ecclesias*. „ Magni quaeso nominis, maximaeque auctoritatis in medium allatus Scriptoris locus perpendatur: erui facile hinc poterit, Imperium Valeriani inter, & Diocletia-

E ni,

tentibus sublimior, ab ipso Apostolorum Principe in ingentem Basilicam, majorum nostrorum cum laetitia, & plausu redacta est. Ipso adhuc vivo Petro, Domus Viri Centurionis, *Cornelius* nomine, ex illustri fortasse *Corneliorum* Familia, Teste *Hieronymo* Ep. XXXVII. ad *Eustochium*, facta est in Templum magnificentissimum.

(*) Quæ tamen Edicto *Diocl.* funditus eversae omnes fere sunt, *Euseb.* Hist. Eccl. lib. VIII. Cap. X. *Hieronym.* in Vita Paul. *Niceph.* Hist. Eccl. Lib. VII. Cap. XLVI. & Lib. VIII. *Sozom.* Hist. Tripart. Lib. I. Cap. IX.

ni, non modo apud nostros Aedes extitisse sacras, & quidem *spatiosas*: verum, quod caput est, illis vetustioribus minime contentos, *magnificentissimas* omnino inaedificasse.

Quid plura? De Templorum Amplitudine, ornatuque erant tunc nostri adeo solliciti, studiosique, ut ab ipsis sacra Loca petentibus *Donaria* (*) ad Altaris, Aediumque Sacrarum comparandam supellectilem, ornatumque viritim exigerentur. Ex Actis praeterea Martyrii, quod fortiter passus sub Vale-

(*) Est *Origenis* locus, quo nihil sane habere ad rem hanc nostram potest promptius, luculentius. „ Sciendum est......, quod si „ qui tales sunt in nobis, quorum fides id „ tantummodo habet, ut Ecclesiam veniant, „ & inclinent caput suum Sacerdotibus, of„ ficium exhibeant, Servos Dei honorent, „ *ad ornatum quoque Altaris, vel Ecclesiae* „ *aliquid conferant*.... Confer etiam, quae sunt apud Euseb. Hist. Eccl. Lib. IX. Cap. X.

leriano est princeps Romanae Ecclesiae Diaconus *Laurentius*, colligi perfacile poterit, Aedes Christianorum Sacras & satis amplas, & magnificis cumulatas ornamentis, tertio ipso Ecclesiae Seculo extitisse. Avarus enim Urbis Praefectus, ad se Laurentio furenter accito, de ceteris non adeo se praebuit sollicitum, quam ut ex fortissimo viro cognosceret, quonam tot, tantasque Ecclesiae Romanae Opes, Sacra item Vasa ex auro, argentoque conflata, immensamque supellectilem, (horum enim omnium muneris sui gratia tunc ipse Custos,) abdidisset? Ita sane Prudentius Tyrannum loquentem inducit:

„ Hunc esse vestris Orgiis
„ Moremque, & Artem proditum
„ est,
„ Hanc disciplinam foederis;
„ Libent ut *Auro* Antistites

 Ar-

„ *Argenteis Scyphis* ferunt,
„ Fumare Sacrum Sanguinem,
„ *Auroque* nocturnis Sacris
„ Adstare fixos Cereos &c. (*)

Neque tamen quis adeo me in hoc credat obfirmatum, ut pro certo omnino habeam, aeque ac Romanam, ceteras & Christiani Orbis Ecclesias, tertio saltem ineunte seculo, tot opibus, ornatibusque instructas extitisse. Quum *Zefirini* enim jussu Calices inducti *vitrei*

(*) Prudentius in Coron. Hym. Sancti Laurentii Martyris, cujus animi virtus, atque constantia elucet magis in his, qui sequuntur Versibus ejusdem sacri Vatis, ibid.

„ Converte partem Corporis
„ Satis crematam jugiter,
„ Et fac periculum quid tuus
„ Vulcanus ardens egerit.
„ Praefectus inverti jubet.
„ Tunc Ille: coctum est, devora;
„ Experimentum cape
„ Sit crudum, an assum suavius? &c.

trei sint, atque *Christallini*, (*) illis jam interdictis, quibus Veteres nostri *Ligneis* utebantur, satis superque constat, primo, vel altero seculo, Sacra, & quidem praecipua Sanctuarii Vasa ex nullius pretii, vulgarique materia fuisse conflata. Hoc tamen minime facit, quin pro certo habeamus, tot sane adhuc existentibus, firmisque Christianae Antiquitatis monumentis, (**) praecipuas Christianorum veterum

E 3 Ec-

(*) Hic mos obtinuit usque ad tempora *Gregorii Turonensis*, ut in ejus opere, cui Titulus est *De Gloria Martyrum*. Cap. XVI.

(**) Sacerdotes nostri *Aureis*, & *Argenteis* in quibusdam Ecclesiis ditioribus utebantur Calicibus multo ante Diocletianum, si fides adhibenda est Magno Augustino contra *Cresconium* Grammaticum, Lib. III. Cap. XXIX.

Argenteae olim impendebant Arae Maximae, ac Baptisterio Columbae: hae cuivis Erudito notissimae; de quibus tamen fit mentio expressa in Conc. Constant. I. Actione V.

Ecclesias, easque praesertim, quae identidem quavis de caussa minus insectabantur ab Ethnicis, omni, quo tunc poterant nostri, Ornamentorum genere fuisse cumulatas. Et re quidem vera, pro majori, vel minori Ecclesiae felicitate, ac otio, major item, vel minor fere semper extitit apud nos Aedium Sacrarum splendor, atque magnificentia. Quod & ex adhuc dictis patet, & luculentius ex iis, quae dicenda supersunt.

Ethnicorum persecutionibus in Nostros, magno imperante Constantino, aliquando tandem compressis, ubi Ecclesia stabili pace, otioque coeperit undique frui, id Christianorum Reipublicae factum, quod acrem post hiemem, ineunte Vere, Terrae huic nostrae solet. Alta nive tunc nec sata, nec prata canis, ut mox, albicant pruinis, Germina floresque huc illuc e-

rum-

rumpunt; Silvae, locaque ipsa praerupta induunt, ut ita dicam, vestem laetitiae sibi, atque jucunditatis. Vix igitur Constantinus rebus favere nostris coeperat, Crucique turpitudinis olim signo, atque infamiae honor tantus habitus, ut Imperatoris capiti, ac manibus, (*) Militum Armis, Signis, Vexillis imponi, inserique consueverit. (**) & en illico per Orbem, Ae-

(*) Vide *Just. Lipsium de Cruce* Lib. III. Cap. XV. & XVI. *Sozomenus* quoque audiendus, ut est apud eundem Lipsium ibid. „ Impresso autem sibi in Nummis, aut picto „ in Imaginibus jussit semper adprimi, & „ adpingi istud divinum Symbolum, & testantur etiam nunc Imagines, quae in eo „ Schemate extant. „ Hist. Tripart. Lib. I. Cap. XVIII. Vide etiam *Joann. Curopalat.* de Offic. Aulae Constantini.

(**) „ Sublimis Hasta auro circumvestita, „ cornu transversum habebat effictum in forma *Crucis*. Supra vero in ipso culmine „ om-

des Christianorum Sacrae inaedificari undique incipiunt, vetustis ampliores, omnique ornamentorum genere cumulari. Dici vix potest, quae Pontificum, quae Regum, quae Civitatum denique Principum in hoc tunc extiterit vel religio & pietas, vel auri, argentique profusio.

Complent sane hominis christiani animum voluptate quadam singulari ea, quae hic satis opportune transferenda duximus Eusebii verba. „ Ex „ quo aderat cunctis velut divino mu„ nere infusa laetitia; maxime viden„ tes ea loca, quae paulo ante Ty„ ran-

„ omnium corona e lapidibus pretiosis, & „ auro contexta infigebatur: juxta quam Sal„ vatoris appellationis Symbolum, duae Li„ terae Christi nomen exprimentes per pri„ mos dumtaxat characteres, litera graeca„ nica *P* scilicet decussata, & scissa per „ medium ipso *X*. „ Euseb. Vit. Constantini Lib. I. Cap. XXV.

„ rannorum machinis fuerant destru„ cta, rediviva constructione, clario„ ra, & excelsiora consurgere, *Tem„ plaque excelsa* pro humilibus conven„ ticulis elevari. (*) „ Quot enim, Summam tenente rerum Constantino, ut ei primum lux divinitus affulsit Evangelii, amplissima per Orbem excitata sunt Templa? Dici vix potest, quantam ipse vim auri, argentique, gemmarum, lapillorumque in Sacrarum Aedium splendorem, ornatumque large, effuseque contulerit. (**) Ex quo tempore, vestigiis Chri-

[*] Euseb. Hist. Eccl. Lib. IX. Cap. X.

(**) Ea sane Constantini in hoc Religio, & pietas, ut ipsius tempore Romae plusquam tria Templorum millia extitisse dicantur. Vide *Andream Fulvium*, Antiquit. Rom. Sat ea tantum hic Basylicas, molesque Sacras meminisse, vel quas extrui Constantinus in *Caelio* Monte jusserat, subque *Ser*-

va-

Christiani Caesaris insistentes nostri, nullum fortasse per christianum Orbem extrui curarunt Templum, quod non qua poterant magnificentia, ornatuque compleverint. (*) Exinde Consecrationes, Dedicationesque Templo-
rum

vatoris titulo Maximus Ecclesiae Pontifex *Sylvester* solemni ritu dedicaverit, vel, quas in *Vaticano* Principi Apostolorum *Petro*, vel quas tandem Divo *Paulo* in Via, quam dicunt *Ostiensem*. Dignum memoratu illud Templum portatile ad instar *Tabernaculi*, quod extrui Constantinus jusserat, ut Locum, quum esset in Solitudine, inque hostes bellum gereret, *Sacrum* haberet, quo divinis adesset Mysteriis, ut narrat *Nicephorus* Hist. Eccl. Cap. XLVI., & *Sozom.* Hist. Trip. Lib. I. C. IX.

(*) „ Isti, qui nunc sunt Reges, pietatis „ ergo argento induentes, auro Sanctam hanc „ Ecclesiam *Resurrectionis*, in qua nunc „ sumus extruxerunt, & argenteis monumen„ tis splendidam effecerunt. „ *Cyrillus Catech.* XIV.

rum tanto apparatu inductae, Nostrorumque ingenti gaudio, & frequentia celebratae. (*)

Furor ipse, quo seculo jam vertente quarto, Haeretici *Donatistae* religiosissima Catholicorum compilarunt Delubra, (**) satis superque declarat, ea maximi quidem pretii Supellectili, ma-

[*] „ Festivitates a nostris frequentissime „ celebrabantur cum omni laetitia, & exulta„ tione per Urbes, & loca singula Eccle„ siarum Dedicationibus celebratis. „ Euseb. Hist. Eccl. Lib. IX. Cap. X. In quarto vero Libro de Vita Constantini, isthaec idem Auctor habet. „ Constantinus ad Consecra„ tionem, & Dedicationem Aedis, quam „ Hierosolymis, Martyribus extruxerat, An„ no Imperii sui XXX. convocavit univer„ sam Synodum, quae *Tyri* convenerat. „ Vide etiam *Niceph.* Hist. Eccl. Lib. VIII. Cap. I. *Guilielm.* Tyr. de bello sacro Lib. XXIII. Cap. XXI.

(**) Vide *Optat. Milevit.* contra *Donatistas* Lib. VI.

magnificisque extitisse ornatibus cumulata. Ad isthanc autem Majorum pietatem, Religionemque incredibilis facta accessio est, Saeculis vertentibus quinto, & sexto, atque sequentibus, ut ex iis colligi satis poterit, quibus pleni omnino sunt Ecclesiae Historicorum Libri, plena Christianae Vetustatis Monumenta. Velint igitur, nolint nostri hujus Aevi Sapientes, & Politici, pro majori Ecclesiae felicitate, ac otio, major item semper apud nos Aedium Sacrarum splendor, atque magnificentia.

Minime tamen animis cadunt magni hujus Aevi Ardeliones: quasi enim haud satis eorum expugnaverimus pertinaciam, quum quae hactenus in medium attulimus aperte inficiari non audeant, tot vetustissimis clamantibus Monumentis, alia in nosmet prorsus incurrunt ratione. Homines tantum,

ajunt

ajunt primo, vulgares, & rudes specie hujusmodi, Templorum scilicet magnificentia capi, ducique solere: minime vero illa affici pompa sapientes Viros, quique germanam habent, sinceramque Divinitatis notionem. Quid praeter Numinis oculos, addunt, Sacrarum Aedium soliditas, amplitudo? Quid aurum, argentum, a quibus Altaria, Parietes, Tabulataque refulgent? Quid Levitarum Vestes, Vasaque ipsa affabre distincta? Quid denique Templi tam sumptuosa, tamque ornata supellex? Verum quoquo se vertant, jaceat necesse est omnis eorum solertia. Ne ipsi quidem hebetes adeo sumus, tamque, ut ajunt, crassae minervae, qui posse hic in terris Deo Optimo Maximo Domum ab hominibus extrui, atque tam splendide ornari, ejusmet immensitati aptam, Gloriaeque apprime congruentem. „ Etiamsi tota Ter-

„ ra,

„ ra , (Philonis haec sunt verba ,) „ aurum , aut si quid Auro pretiosius „ est repente fieret : moxque per Opifi- „ cum artes , in porticus , vestibula ; „ aulas , areas , Aedesque sacras im- „ penderetur , ne scabellum quidem pe- „ dibus Dei posset fieri . „ (*) Lutum , (scimus & nos ,) Coenumque prae Numinis oculis ea omnia sunt , quae nos adeo delectant , quaeque hic tanti nos mortales facimus. Verum cum haec , quaeque sint , Deus ipse a Creaturis rationabilibus exigat , sibi arroget , grataque sibi , acceptaque semper fore , & esse apertissime dixerit , reque ipsa centies , ac millies probaverit , quid est , quod ita nugentur Nebulones isti , quid est , quod blaterent magni hujusmodi Doctores , quorum sapientia , (sic sane arbitror ,) non multum differt ab insania ?

Huc

(*) Phil. Lib. de Cherubin.

Huc adde, quod quamvis tantum esset Simplicibus, ac imperitis hominibus, sensibili Templorum splendore prospiciendum, maximum tamen & hoc esset, multaeque cogitationis, quum simplices., ac rudes sint prorsus innumeri, perpauci contra Sapientes. At inclitos quoque clarosque Viros, Civitatum principes, ipsosque populorum Reges, aeque ac Vulgum de hoc externo Dei cultu ita omnino sensisse, non est, qui nesciat. Quisnam enim dixerit, Davidem ingenio, Imperiique gloria praestantem, pompa illa sensibili, & sacra minime affici potuisse, si, ut accepimus, tam aegro, invitoque animo ferebat, *se in Domo habitare cedrina, cum interea Arca Dei maneret sub pellibus?* Erat ne fortasse rudis, abjectoque genere natus Salomon ille Rex, sapientissimus omnium Dei oraculo habitus, qui

qui tot, tantaque, ut mox vidimus, in Templi amplitudinem, splendoremque contulerit? (*) Sed

[*] „ Quia postulasti verbum hoc, & non „ petisti tibi dies multos, nec divitias, aut „ animas inimicorum tuorum, sed postula„ sti tibi *Sapientiam* ad discernendum judi„ cium: Ecce feci tibi secundum sermones „ tuos, & dedi tibi *cor sapiens*, *&* *intelli*„ *gens* in tantum, *ut nullus ante te similis* „ *tui fuerit*, *nec post Te surrecturus sit*.... Reg. III. Cap. III. n. 11. 12. Vide Corn. a Lapid. loco, qui supra. Salomon ipse ita de se Sap. Lib. VII. n. 17. „ Ipse enim (Deus) „ dedit mihi horum, quae sunt, *Scientiam* „ *veram*, ut sciam dispositionem Orbis ter„ rarum, & virtutes elementorum, initium, „ & consumationem, & medietatem tempo„ rum, vicissitudinum permutationes, & com„ mutationes temporum, anni cursus, & „ stellarum dispositiones, naturas animarum, „ & iras bestiarum, vim Ventorum, & co„ gitationes hominum; differentias Virgulto„ rum, & virtutes Radicum, & quaecumque „ sunt absconsa, & improvisa didici: omni„ um

Sed quid consectamur externa, quasi nostra, domesticaque desint? Recolantur quaeso, quae mox de quibusdam tantum Templis vel leviter attigimus, a Magno Costantino (*) per

F Con-

„ um enim Artifex docuit me Sapientia... Vide eundem a Lapid. ibid. Legendus etiam ad rem eruditissimus *Joan. de Pineda de Rebus Salom.*

[*] Excribendam hic duximus, Eruditionis gratia Constantini Epistolam ad Macarium Hierosolymitanum Pontificem, de Templo *Bethlemitico*, Caesareis sumptibus extruendo.

„ Victor Constantinus Maximus Aug. Macario S. Tanta Salvatoris nostri erga nos „ benignitas declarata est, ut nulla tam ac- „ curata dicendi ratio, & vis sit, quae prae- „ sens miraculum pro dignitate explicare pos- „ se videatur. Nam, ut insigne illud San- „ ctissimae illius passionis monimentum, quod „ Terrae visceribus abditum tot, tamque „ multis annorum conversionibus jam deli-

„ tuis-

Christianum Orbem excitatis, incredibilique ornatis Christiani Caesaris muni-

„ tuisset, tum illucesceret Servis Dei, cum „ illi, hoste devicto, in libertatem essent „ vindicati, omnem profecto hominum ad„ mirationem longe superat. Etenim si om„ nes, qui universi Orbis terrae ambitu sa„ pientes videntur, in unum locum congre„ gati, aliquid pro rei dignitate dicere ag„ grederentur, hujus parti oratione ex aequo „ satisfecere non possent: Miraculi enim „ magnitudo tanto plus universum humanae „ rationis, & naturae captum vincit, quan„ to res coelestes, & divinae humanis sunt „ valentiores. Quapropter hoc mihi unum „ in primis propositum sit ad dicendum, „ quod sicut vera Fides seipsam quotidie „ novis Miraculis patefacit, sic nostri om„ nium animi modestia, & concordi alacri„ tate ad sanctas Evangelii Leges colendas „ attentiores fieri debent. Praeterea illud, „ quod cuique perspicuum esse arbitror pro „ certo tibi in primis persuasum esse veli„ mus, hoc nobis prae ceteris rebus omni-

„ bus

nificentia, & opibus cumulatis. Tot item hic recordemur oportet cum animo

„ bus maximae curae esse, ut Locus ille sa-
„ cer, quem Dei jussu, turpissima Simula-
„ crorum mole, tamquam quodam grave o-
„ nere imposito, purgavimus, quemque ut
„ primis Mundi temporibus ipsius Dei Ju-
„ dicio *Sanctum* habitnm esse, & postea e-
„ tiam, qui fidem passionis Salvatoris, tam-
„ quam e tenebris in lucem evocarit, mul-
„ to clariorem Sanctitatis suae significatio-
„ nem dedisse cognovimus *praeclara & aedi-*
„ *ficiorum structura exornetur*. Par est igi-
„ tur ut, Tua prudentia ita opus disponat
„ ut provide res quasque accuret necessarias;
„ quo non modo Sanctuarium Templi, reli-
„ quis omnibus, quae ubique sunt, pulcri-
„ tudine antecellat, sed etiam ceterae ejus
„ partes tales sint, ut omnia Templa, quae
„ in singulis Civitatibus primas tenent,
„ hujus Aedificii dignitate longe superentur.
„ Ac de parietibus erigendis exquisitoque
„ artificio expoliendis, tum *Draciliano* amico
„ nostro, qui nonnullas aliarum Provincia-
„ rum

mo Templa, & quidem splendididissima per nonnullos Christianos Augustos, qui

„ rum partes administrat, tum Vestrae e-
„ tiam Provinciae Praefecto, scito a nobis
„ curam esse impositam; a nostra enim be-
„ nignitate illis imperatum est, ut qui Ar-
„ tifices, qui Operarii, quaeve res aliae
„ fuerint ad illud Aedificium necessariae, a
„ tua prudentia discant, ac statim ipsorum
„ provisione eo mittatur.

„ Quod autem attinet ad Columnas, cete-
„ rasque partes marmore conficiendas, quas
„ ipse existimaveris, vel ad decus illustriores,
„ vel accommodatiores ad diuturnitatem fore:
„ cum eas quasi summatim tecum conside-
„ raveris, fac ad nos diligenter perscribas;
„ ut quum ex Litteris tuis, quibus rebus
„ opus fuerit intellexerimus, undique eae-
„ dem illo comportari possint; nam Locus
„ ille, qui toties Orbis terrarum facile pri-
„ mus fert, omnibus Ornamentis merito il-
„ lustrandus est. Testudinem vero Sanctua-
„ rii laqueatam ne facere, an alio quodam
„ fabricae genere extruere placeat, abs te
„ cer-

qui Constantinum exceperunt, plurimosque Maximos, minoresque Pontifices,

„ certior fieri velim. Quod si fiat laqueata „ scite quoque inaurari poterit. Restat igitur, ut tua Sanctitas, illis, quorum judicio, ut supra dictum est, rem permisimus, quibus Operariis, quibus Artificibus, quibus denique sumptibus opus fuerit quam celeriter significet. Quin etiam „ nos non solum de Columnis, aliisque partibus ex marmore conficiendis, verum etiam „ de Testudinis laquearibus (si modo illud „ fabricae genus pulcrius esse censeas) quam „ primum facias certiores. Deus Te, frater „ carissime, diu servet incolumem.„

Ista, (inquit Eusebius in Constantin:) *ab Imperatore praescripta fuerunt, rerumque, nulla interposita mora, prosper sucessit eventus*. Habes hujus magnifici Templi accuratam descriptionem ab ipsomet *Eusebio* apud *Baronium* Annal. Anno Christi CCCXXVI. Faciunt etiam ad rem maximopere, quae idem Eusebius habet in Vita Constantini Lib. III. Cap. L.„ Ut audierat [Constantinus] ipsum „ Sal-

fices, & Civitatum principes vel a fundamentis inaedificata, vel diruta jam ve-

„ Salvatorem, qui nuper in mundo versatus
„ fuisset etiam olim sanctis Viris ex Pale-
„ stina prope *Quereum Mambre* (sic enim
„ appellabatur) divinitus apparuisse, ibi quo-
„ que Deo viso, Templum exaedificari man-
„ dat. Gentium ergo Praefectis Imperatoris
„ voluntas, per Litteras ad singulos scri-
„ ptas, significata est, quae eos admonuit,
„ ut quod esset imperatum, illico ad exi-
„ tum perduceretur. Nobis etiam, qui hanc
„ Historiam, litteris mandamus, Epistolam
„ accuratius scriptam misit, cnjus exemplar
„ mihi consentaneum videtur huic praesenti
„ sermoni annectere, quo Imperatoris sanctis-
„ simi studium, & intelligentia plenius in-
„ telligatur. „ Victor Constantinus Maxi-
mus Macario, & ceteris Palestinae Episco-
pis. S. „ Et hoc unum maximum meae San-
„ ctissimae solicitudinis erga vos beneficium,
„ ut quorundam nefandorum hominum a-
„ mentiam, quae hactenus apud vos in ob-
„ scuro latuerit, per litteras vobis significa-
„ rem,

vetustate, pristino, majorique restituta splendori, ac dignitati; qui quod

F 4 Sa-

„ rem: quo licet mihi, qui quidem sero,
„ necessario tamen, segnitie neglectum, dili-
„ gentia recte, probeque corrigatur. Perma-
„ gna enim profecto impietas est, ut loca san-
„ cta nefandorum scelerum maculis conta-
„ minentur. At quidnam est, Fratres caris-
„ simi, quod quum vestram solertiam prae-
„ terierit, mea etiam, quam dixi, solicitu-
„ do, propter observantiam, qua Deum ve-
„ neror, possit silentio praetermittere? Lo-
„ cum, qui prope *Quercum Mambre* dicitur,
„ in quo Abrahamum domicilium habuisse
„ cognoscimus variis modis a quibusdam su-
„ perstitioni deditis inquinari ferunt: Idola
„ enim, quae nullo non vastationis genere
„ deleri debent, in illo erecta esse, & Al-
„ tare prope locatum, & impuras Victimas
„ sine intermissione immolari. Quapropter
„ quum illud & ab Imperio nostro alienum,
„ & indignum Loci sanctitate videatur: ve-
„ stram gravitatem certiorem fieri velim, a
„ nobis per litteras, Acacio Illustriss. Co-

„ miti

Sacrarum Aedium Magnificentiae Insectatores, multitudinis inscitiae, ac erro-

„ miti amico nostro significatum esse, ut
„ absque cunctatione, & Idola, quae in loco
„ praedicto reperta fuerint ignis tradantur
„ incendio, & Altare sedibus convulsum a-
„ vertatur. Quin etiam neminem non, qui
„ post nostrum mandatum aliquid impietatis
„ in ejusmodi Loco audeat admittere, sup-
„ plicio coercendum statuimus: quem sane
„ Locum decrevimus *Eximia Templi stru-*
„ *ctura adornare*, ut consessus dignus sanctis
„ viris in eo deinceps existat. Quod si quod
„ quam contra hoc mandatum committi ac-
„ ciderit, par est, ut absque mora nostra
„ Clementia per vestras Litteras certior fiat,
„ quo nostro Mandato, qui illud violasse
„ deprehensus fuerit, summo afficiatur sup-
„ plicio. Non enim ignoratis, illic primo
„ Deum omnium rectorem tum apparuisse
„ *Abrahamo*, tum cum eo sermonem contu-
„ lisse; illic enim primum Sacrosanctae Le-
„ gis cultum, & observationem initium ha-
„ buisse: illic primum Salvatorem ipsum ...
.„ quae

errori, id maximae eorum Gloriae, laudique verterunt. (*)

Ne-

„ quae quum ita sint aequum est, meo quidem judicio, vestra cura, & diligentia provideri, ut tum Locus iste purus, & integer a labe conservetur, tum ad pristinam revocetur Sanctimoniam, quo aliud nihil in eo, praeter cultum Deo omnipotenti moderatori omnium, & Salvatori nostro decorum, & consentaneum peragetur. Quod quidem studiose, & decenter a vobis observari convenit: si quidem Vestra gravitas, [sicut mihi pro certo persuasum habeo,] ea, quae cum vero cultu, & religione in primis cohaerent, alacri studio explere desiderat. Deus Vos, Fratres Carissimi, incolumes servet. „ Est & apud Eusebium eundem locus, hic omnino recolendus, in quo graphica habetur cujusdam magnifici Templi descriptio, quod idem Augustus Apostolis erexit in Constantinopolitana Civitate, Imperii sui Anno XXXI. „ Ubi haec parata, (inquit Eusebius „ in Vita Constantini Lib. IV. Cap, LVIII.)

„ ubi

Neminem insuper, qui sanae sit mentis arbitror ignorare, ita nos a natura

„ ubi haec parata fuerunt omnia, Apostolo-
„ rum Templum in Urbe sui cognomine
„ aedificare coepit. Illud vero, quum in in-
„ finitam extruxisset altitudinem, lapidum-
„ que omnis generis, ac crustarum varietate
„ ab ipso solo ad superiorem contignatio-
„ nem collustrasset, summo artificio factis
„ laquearibus, Tectum intus complexus est,
„ auroque universum contexit. Supra vero
„ pro tegula inductus aes, imbrium injurias
„ arcebat, quod ipsum etiam multo auro fulge-
„ bat: ita ut longe contemplantibus, per reci-
„ procatos Solis radios, incredibilis splendor
„ effundi videretur. Interiores aedis partem
„ undique in ambitu circumductum reticu-
„ lari opere ex aere, & muro affabre facto
„ convestivit: ac Templum quidem, hunc
„ in modum, pergama, Imperatoris & cu-
„ ra, & studio exornatum est. Huic autem
„ atrium ingens, & subdiale circumdatum,
„ in apertum, purumque aera explicabatur.
„ Hujus per quatuor latera porticus erant
„ di-

ra comparatos, ut anteaquam animus sese omnino corporis vinculis relaxa- ve-

„ dispositae, quae medium Atrium cum Tem- „ plo ipso complectebantur. Porticibus ac- „ commodabantur Regia Domus, deambulato- „ ria, aliaeque habitationes plurimae ad ne- „ cessitatem illorum, qui locum custodirent, „ constructae. Haec omnia dedicavit Impe- „ rator.....„

(*) *Valentinianus* hoc nomine III. Aram Divi Petri Romae, Salvatoris, & Apostolorum ex auro Imaginibus cohonestavit. Fastigium ex argento, a Barbaris mox ereptum, Basylicae restituit Constantinianae, [sic enim appellabant.] Templum item Sancti Laurentii Martyris sacris magni pretii Vasis ditavit. Vide *Georg. Fabric.* Rom. Antiq. Lib. XII. Initio Seculi VI., anno scilicet aerae christ. DXXXIX. *Justinianus* Caesar. Aug. Sanctae *Sophiae* Templum maximum, a Constantino olim excitatum, mox incendio consumptum, restituit, & tanta magnificentia, ornatuque complevit, ut se ipse Salomonis gloriam superasse praedica- ret.

verit, elicere actus nobis haud datum sit posse integros, puros, abque omni concretione segregatos materiae. Hinc divino factum consilio est, inque nos benevolentia quadam singulari, (*) ut quantumvis abjecta, viliaque prorsus ob Dei oculos sint, quae nos adeo delectant, quae in terris maximi pretii sunt, quaeque in Sacrarum Aedium splendorem, ornatumque large a nostris

ret. Idem, ibid. Cap. XVIII. Ingenti Terrae motu diruto duo de viginti annos post, majori iterum Justinianus extruxit, ornavitque munificentia. *Sigon. Imper. Occid.* Lib. XX.

(*) Non abs re sunt, quae habet *Augustinus Calmet* in suo Coment. Litter. &c. Tom. II. Diss. *De Templ. Vet.* „ Nostrae „ igitur indulgens tenuitati Deus, nostrisque „ commodis serviens, Orationis Loca sibi „ consecrari passus est, ubi a Mortalibus oblata Sacrificia accipiens & vota, dum nostrorum nos memores sumus officiorum, „ beneficia ille impertiri non cessat. „

stris impendi, effuseque solent, Numini acceptum, gratumque semper extiterit. Ita porro se res habet; quo magis Templa isthaec nostra cumulantur ornatibus, quo majorem praeseferunt magnificentiam, venustatem, elegantiam, eo item majori studio, animique ardore, ac contentione divinis intersumus Mysteriis, eoque sublimior, magisque divinae consentanea Majestati in hominum animis augetur opinio, cultusque Numinis fit major in dies. Ita nos igitur quum simus affecti, minime mirum, si Deum colere nequeamus, nonnisi ratione quadam materiali, ut ita dicam, omninoque inconcinna; ea nimirum loca aegro, invitoque animo frequentantes, in queis aliquid sordium, atque tenebrarum inhabitat.

Atqui profusa illa in condendis, omnique ornamentorum genere sacris cumu-

mulandis Aedibus licentia, immoderataque libido, non modo cuique optimo videri sane improbanda poterit, utpote quae a simplicitate, germanoque illo nos avocat candore, adeo quo Majores nostri delectabantur olim; verum, quod caput est, divinae ex diametro adversatur voluntati, ac menti: *Misericordiam* enim potius vult clemens Deus noster, quam *Sacrificium*, ut est in *Osea*. (*) Quoties enim (ita nugantur Templorum apud nos Insectatores;) quoties fanaticus iste Christianorum furor facit, ut vera Dei Templa, pauperes scilicet, ac miseros fame, inopiaque confectos, vel limis adspiciamus oculis, vel falso Religionis nomine, specie nimirum quadam fallaci, seducentique capti, immaniter deseramus. „ O vanitas vanitatum (aje-
„ bat

(*) Oseae VI. n. 6.

„ bat Bernardus;) (*) sed non vanior, quam insanior! Fulget Ecclesia in parietibus, & in pauperibus eget: suos lapides induit auro, & suos filios deserit. „

Haec, vel similia, quae in simplicium, ac imperitorum aures influere recentiores ardeliones solent ab Haereticis, a Bellarmino jam profligatis, mutuarunt; quae si prout ipsa sonant verba imprudenter accipiamus, vix unum, vel alterum fortasse nostrum inveniemus, qui insidiosae hujusmodi haud plaudat orationi: Dici tamen aliud nihil hoc dolosius poterat; & falsius. Tritum, hujus ingenii homines quamvis ingressi sint iter, ultro Alpes sibi fingunt, quas traiciant, scopulos, quos vitent: adeo cavere sibi debent, qui cum ingeniis confli&tantur hujusmodi.

(*) S. Bernardus Apolog. ad Gulielm. Abat. prope finem.

modi. Qua enim ratione ea magni hujus Aevi Sapientes ostendent, quae tanta in nos exagerant arrogantia, atque impudentia? Non ii sumus nos, qui Farisaeorum more, sinamus Filios familias vel ipsas Parentum compilare Domos, ut Templo offerant donaria. Quisque nostrum, Majorum institutis imbutus, se omnino arbitratur natum ad homines potius juvandos, tutandosque. Annales quaeso percurrant Ecclesiae: Quot legent summos, minoresque Pontifices, ceterosque Ecclesiarum Rectores, qui difficillimis rei christianae temporibus, tot ut consulerent miserrimorum egestatibus, Vasis ipsis sacris, Aediumque sacrarum supellectili minime pepercerunt; omniaque Ecclesiarum maluerunt interdum & praeconis voce ornamenta subiicere, (*) quam Fi-

(*) *Possid.* in Vita Sancti Augustini Cap. XXIV.

Fidelium commodis salutique deesse ;
- Contra illos igitur invectum fuisse
G tan-

XXIV. haec habet : ,, Nam & de Vasis do-
,, minicis , propter Captivos , & quamplu-
,, rimos indigentes frangi , & conflari jube-
,, bat , & indigentibus dispensari . Quod non
,, commemorassem , nisi contra carnalem sen-
,, sum quorundam fieri perviderem . Et hoc
,, ipsum etiam venerabilis memoriae Ambro-
,, sius in talibus necessitatibus indubitanter
,, esse faciendum & dixit , & scripsit . ,,
Spectant isthaec Possidonii verba , ea sane ,
quae scripserat Ambrosius ipse ,, Lib. II.
Offic. Cap. XXVIII. in Arianos . ,, Ut nos
,, aliquando in invidiam incidimus , quia
,, confregimus Vasa Mystica , ut Captivos
,, redimeremus , quod Arianis displicere po-
,, tuerat : nec tam factum displiceret , quam
,, ut esset , quod in nobis reprehenderent . ,,
In Historia Sancti Victoris , quae vulgari cum
Caesariensis Eusebii Historia Ecclesiastica
solet , haec habentur , quae exscribenda ap-
posite hic sunt ; faciunt enim ad rem hanc
nostram plurimum . ,, Factum est , suppli-
can-

tantum Bernardum in allato ab Adversariis Sancti Abbatis testimonio di-
xe-
„ cante *Valentiniano* Augusto, Carthaginensi
„ Ecclesiae, post longum silentium desola-
„ tionis, Episcopum ordinari nomine *Deo-*
„ *gratias*; cujus si nitatur quisquam, quae per
„ illum Dominus fecerit, paulatim excurre-
„ re, ante incipient verba deficere, quam
„ ille aliquid valeat explicare. Illo igitur
„ Episcopo constituto, factum est peccatis
„ urgentibus, ut Urbem illam quondam no-
„ bilissimam, atque famosam, XV. Regni
„ sui anno *Gensericus* caperet *Romam*, & si-
„ mul Regum ex inde multorum divitias
„ eum populis captivavit. Quae dum mul-
„ titudo Captivitatis Affricanum attingeret
„ Littus, dividentibus *Vandalis*, & *Mauris*
„ quantitatem, ut moris est, Barbaris, Ma-
„ riti ab Uxoribus, Liberi a Parentibus se-
„ parabantur. Statim sategit Vir Deo ple-
„ nus, & carus, universa *Vasa* Ministerii
„ *Aurea*, vel *Argentea distrahere*, & Liber-
„ tatem de Servitute barbarica liberare, &
„ ut conjugia foederata manerent, & pigno-
„ ra

xerim, qui difficillimis Christianae Reipublicae temporibus, nimis, intem-
G 2 pe-

„ ra Genitoribus redderet &c. „ Eadem prorsus tot egerunt Ecclesiarum Antistites, quorum meminit Rainaud: Tom. XII. praesertim in eo Opere quod inscribitur: *Mala e bonis Eccles*. Cap. IV. n. *6.*, & seqq. Redemptio vero Captivorum tam cordi laudato Ambrosio erat, ut Libro II. Offic. Cap. XXVIII. dixerit: „ Melius fuerat, ut Vasa „ viventium servares, quam metallorum; „ his non potest responsum referri, quid e- „ nim diceres. Timui ne Templo Dei orna- „ tus deesset. Responderent: Aurum Sacra- „ menta non quaerunt, neque auro placent, „ que auro non emuntur. Ornatus Sacra- „ mentorum, Redemptio Captivorum est. „ Ne recentiores Politici in malum sensum accipiant Sancti Doctoris verba, ut olim Haeretici, audiatur Bellarminus Controv. Tom. II. Lib. III. Cap. VI. „ Quod ergo Ambro- „ sius ait: *Aurum Sacramenta non quaerunt:* „ non significat, Sacramenta nullo modo re- „ quirere *Aurum*, sed non requirere ex ne- „ cessi-

pestiveque Sacrarum Aedim splendoris,
ornatusque studiosi, inedia sinunt pauperes, fameque interire. Verum magis apposite Bellarminus. „ Dico, Ber-
„ nardum non reprehendere simplici-
„ ter ornatum Templi, sed ornatum,
„ quem in Templis suis Monachi Clu-
„ niacenses adhibebant. Nam, ut ex
„ Apologia illa colligitur, reprehen-
„ dit Sanctus Bernardus: primo, quod
„ Monachi, professione pauperes, eri-
„ gerent Oratoria in immensam alti-
„ tudinem, quod eorum professioni
„ non conveniebat. Secundo, quod
„ dum Templa sua ita ornarent, fa-
„ terentur, se esse carnales, & infir-
„ mos: ornatus enim Templorum il-
„ lis Ecclesiis potissimum convenit,
„ ad quas Populus confluere solet, quia
„ sim-

„ cessitate, quamvis requirant ex decentia,
„ quando haberi potest: & quod subjun-
„ git.... „

„ simplices homines egent ejusmodi
„ rebus ... Et quidem alia caussa est
„ Episcoporum, alia Monacorum. Sci-
„ mus namque, quod illi sapientibus,
„ & insipientibus debitores cum sint,
„ carnalis Populi devotionem, quia
„ spiritualibus non possunt, corpora-
„ libus excitant ornamentis. Tertio
„ reprehendit, quod quaestus caussa
„ ornarent Templa; nimirum ut plu-
„ res conflarent ad efferendum. Quar-
„ to, quod cum injuria Sanctorum
„ humi sculperent Imagines. Quinto,
„ quod bona, quae acceperant distri-
„ buenda pauperibus, insumerent in
„ illa ornamenta. Sexto, quod orna-
„ menta vana adhiberent Templis,
„ quae solam curiositatem pascere, non
„ autem pietatem excitare valerent.
„ Porro haec omnia merito reprehen-
„ duntur. „ Hactenus Bellarminus. (*)

(*) Controvers. Tom. II. Lib. III. Cap. VI.

Verum enim vero sciant magni isti sapientes, qui tanta pauperes fidentia sacris praeferunt Aedibus, non semper a cordatis Viris hujusmodi adprobari animo, cui ipsi nimis adhaerent obstinato, sententiam. Ne verbum quidem addere mihi in animo est iis luculentissimis, quae habet Theophilactus, exponens Lucae Caput IV. „ Confun-
„ dantur hoc loco, (inquit), qui
„ pauperes Christo praeferunt ......
„ Audiant igitur, quomodo Christus
„ praeferat sui curam pauperibus; (i-
„ sthaec enim verba Evangelii in al-
„ lato Marci loco:) *Ut quid perdi-*
„ *tio ista unguenti facta est? poterat e-*
„ *nim unguentum istud venundari plus-*
„ *quam trecentis denariis, & dari pau-*
„ *peribus*. Dominus respondit: *bonum*
„ *opus operata est in me*. Christi au-
„ tem Corpus proprie, quod in Di-
„ sco aureo, & sanguis, qui in po-
cu-

„ culo; Qui igitur abstulerit Discum „ preciosum, & cogit, ut Corpus Chri„ sti in viliori ponatur, praetexens „ scilicet Pauperes, sciat cujus partis „ sit? „

Obstrepunt tamen nobis pervulgato quodam Apophtegmate, in quo dici haud potest, quantum eorum exultet Oratio! *Quondam Sacerdotes Aurei Ligneis utebantur Calicibus: nunc contra Lignei Sacerdotes aureis Calicibus utuntur*. Protritae haec sunt Antiquitatis Reliquiae; Haec nimirum adversariorum indoles: cocta, & recocta iterum, atque iterum frigunt: quam innopportune tamen id faciant, attendite.

Magnus Ecclesiae Martyr, & Praesul *Bonifacius*, a quo nescio interrogatus, utrum liceret, Sacra *Ligneis* conficere *Vasis*, memoriae traditum est; quo veteres Haeretici, aeque ac re-

centiores Politici tam valde triumphant, & respondisse Apophtegmate; *Quondam Sacerdotes &c.* Nihil tamen hinc eruere aliud poterant Sacrarum Aedium magnificentiae insectatores, nisi, quod ipse Vir Sanctus *Bonifacius* statutum tunc habebat animo: Sacerdotes scilicet integritate modestiae, sanctitatisque, floruisse olim magis Ecclesiae rebus afflictis, quam facillimis, ac secundis Christianorum temporibus. (*) Verum nimis me isthaec pudet persequi: in maximi enim momenti rebus ludere omnino videntur, qui hujusmodi sectantur ineptias. Quis enim, amoto joco, unquam dixerit, *Calices aureos*,

(*) Vide *Vualfridum* Strabonem, de Rebus Eccles. Cap. XXIV. Idem Apophtegma est apud *Radulphum Tungrensem* Decanum, de Canonum Observantia, Proposit. XXIII. Fit etiam de hoc mentio, ni fallor, in Concilio *Triburiensi*. &c. &c.

reos, *ligneos* efficere *Sacerdotes*; ***Ligneos*** contra *Aureos*? Sed nimis multa de nugis.

Prò qua tamen decet integritate haud Numinis caussam hactenus egissemus, si adversariorum commenta rejecisse tantum contenti, nonnulla hic silentio praeterire constitueremus, in quibus & nostri, Aedibus in condendis, ornandisque Sacris, peccare ut plurimum solent. Hac enim ratione, ea improbasse videremur, quae necessariis carent; eaque tantum laudibus extulisse, quae vitiosis abundant, quaeque utinam, salva nunc ommittere veritate, officioque possemus!

Niti primo igitur, nisi me multum fallat opinio, vel maxime Ecclesiarum Antistites deberent, ut Templorum structura ea omnino esset, quam Sanctitas cultus, ac Mysteriorum, quae in ipsis celebrari quotidie solent, postu-

lare videtur. Quot enim hujusmodi sacra Christianorum Aedificia, profanam potius Aularum, Theatrorum, quam Martyrum Basilicarum, Domus denique Numinis imaginem, figuramque praeseferunt? Minime tamen contendo ea in exemplum nostris vetustissima Templa proponere, quorum pleraque a primis fere Ecclesiae saeculis adhuc supersunt. Ita enim ad quaedam adigeremus nostros, quae Mystica licet olim, arcanaque fuerint; negligi impune tamen a nostris poterunt, ac sine integritatis cultus jactura.

Parum ergo, vel nihil omnino esset, si Aedes Christianorum Sacrae non ad Orientem Solem, ut in more majorum erat, spectarent (*); nec formam

(*) Legenda hic, quae *Tertullianus* habet in Libro contra *Valentinianos*; *Walfrid. Strab.*

mam Amplissimi, omnibusque Ornamentorum laudibus cumulati *Salomonis* Regis Templi, figuramque nobis, exhiberent. (*) Sat enim tantum esset

Strab. Lib. de Rebus Eccles.; *Epiphan.* Haeres. XIX., quae est Ossenor. *Origen.* Homil. V.; *Basyl.* Lib. de Spiritu Sancto, Cap. XXVII. *Gregorius Nyssenus* Orat. V. de Orat. Dominic. *Joannes Damasc.* de Fide, Cap. XIII. &c.

(*) Vix datum nobis est inspicere vel unum ex iis, quae adhuc per Christianum Orbem supersunt Templa, quod ad similitudinem Hierosolymitani, tribus haud constet partibus: *Vestibulo*, scilicet primo, vel *Porticu*, in quo conveniebant ii, qui Poenitentes dicebantur. Secundo *Navi*, quae id penes Hebraeos erat, quod *Sancta vocabatur*. Tertio *Sanctuario*, quod & *Adita* appellabant, quae pars interior erat Templi, gradibus, Cancellis, Aulaeis a reliquis Templi partibus divisa, in qua *Ara* erigebatur *Maxima*, intra quam ingredi Sacerdotibus tantum

ut isthaec nostra Orationis, atque Sanctitatis Loca prae eo, quod Aedificii ichonographiam, formamque spectat, nihil prorsus, quod profanum saperet, praeseferrent: excitare enim in nobis, ea quotidie petentibus debent Numinis, coelestiumque rerum notionem, minime humani fastus imaginem.

Praeterea amovenda ab Aedibus Christianorum Sacris ea omnino essent puerilia prorsus inverecunda, profanaque Ornamenta, quibus plerumque fit, ut a mysteriorum nos meditatione penitus abducti, huc illuc turpiter divagemur, nec Animum, cogitationemque in Deum, ut par est in.

tum datum. Hebraei, *Sancta Sanctorum* vocabant. Vide *Thodoret.* Lib. IV. Hist. Cap. XX. *Hieron.* Epist. de Obit. Nepoti. *August.* de Civit. Dei, Cap. VIII. *Walfrid. Strab.* de Reb. Eccl. Cap. IV. & VI. &c.

intendamus. Morem hunc invaluisse dicendum non sine germani, divini cultus jactura, jam inde a Divi Bernardi temporibus: adeo namque vehementer in hanc ipsam Consuetudinem malam invectus est., Quid facit, „ ajebat Vir Sanctus, & doctus, quid „ facit illa ridicula monstruositas; „ quid ibi immundae Simiae, quid „ feri Leones, quid monstruosi Cen- „ tauri? Quid Semihomines, quid ma- „ culosae Tigrides? Quid Milites pu- „ gnantes, quid Venatores tubicinan- „ tes? Videas sub uno capite multa „ corpora, & rursus in uno corpore „ Capita multa. Cernitur hinc in Qua- „ drupede cauda Serpentis, illinc in „ Pisce caput Quadrupedis. Ibi Bestia „ praefert Equum, Capram trahens re- „ tro dimidiam: hinc cornutum Ani- „ mal equum gestat posterius. Tam „ multa denique, tamque mira diver-

„ sa-

„ sarum formarum ubique varietas „ apparet, ut magis legere liceat in „ Marmoribus, quam in Codicibus; „ totumque diem occupare singula i- „ sta mirando, quam in Lege Dei „ meditando. (*)

Damnandam hujusmodi consuetudinem, in quam acerbitatis suae adeo stomachum erupit Bernardus, haud di-

(*) Sanctus *Bernardus* in Apolog. ad *Gulielm*. Abbatem. Hoc profanum ornamentorum genus, illud, ni fallor omnino est, quod *Raphaeli Sanctio* optimorum Pictorum facile principi, adeo sane in deliciis erat, a nostris -- *Grotesco* -- dictum, quodque *a* Cl. populari meo *Joanne Andrea Lazarinio* Sanctae Pisaurensis Ecclesiae Canonico, excitatum iterum, me adhuc puero, in Italia est, non ad sacras, ad profanas tantum Aedes ornandas. Execrabatur Vir doctus genus illud Picturae, vitio temporum invectum, quod ab Italis vulgo, dicitur -- *Dipingere a Rabeschi*.

dixerim, in Aedes sacras nostras omnino irrepsisse: quod enim Maximorum, Minorumque studium in hoc semper nostrorum extitit Pontificum, ac vigilantia, ut a Domo Domini scilicet quaevis turpitudo, abominatioque tolleretur? Non obscure tamen ferendum, neque hic adsimulandum puto, morem quemdam novum in Templa Christianorum invectum, de quo sane omnes Ecclesiarum Praesules deberent esse maximopere solliciti. In Solemnitatibus Ecclesiae majoribus, in Martyrum statis diebus Festis, nostrorumque Sanctorum, ornare Templa, altaria, eaque cumulare supellectili solemus, quae profanam omnino sapit pompam, quaeque Loci ipsa Majestas, & Sanctitas videntur quodamodo, ut ita dicam, execrari. Nonnulli enim ex nostris, (de iis praesertim loquor, qui cis Padum degunt,) tot cri-

crispae, tenuisque texturae sericis pannis, tot ad ornatum arabicis operibus Templa, Altariaque adeo ultra modum complent, ut ingredientibus Sacra nobis Limina, non Aedes illae Deo sacrae, Theatra potius ad fabulas magno apparatu, locaque prorsus ad saltationem, adque ceteras Profanorum Solemnitates comparata videantur.

Est & aliud, quod in Templis nostris recentioribus, cuivis christiano, cordatoque Viro videri maxime improbandum debet: contra quidem Officium esset, illud hic ex toto silentio praeterire.

Quum aliquod recens Templum extruitur locus ille eminens, qui Organorum (*) datur Moderatori, Canto-
ri-

(*) Quod *Organorum* usum spectat, ea legen-

ribus, ceterisque musicae Professoribus, extima plerumque erigitur Templi parte, quae ad Aram scilicet Maximam spectat: Oh factum male! Dici enim vix potest, quot ideo in Domo Domini infandae, bonorum omnium scandalo, indignationeque oriantur inde profanationes. Veluti tunc magicis obstricta artibus maxima adstantium pars, concentu illo, qui temporum nostrorum vitio convenire magis cantionibus saltatoriis posset, quam Hymnis sacris, & Psalmis, ad Cantores, & Organa turpiter, ineleganterque conversa, gestit, ridet, sussurrat, plaudet; quodque pejus omnino est, contra Altare, proh facinus! par-

genda hic sunt, quae habent *Cajetanus*, *Navarra*, *Vvarthonus*. Quamvis apud Occidentales nota essent *Organa*, seculo vertente VIII. non ideo ingressa Aedes sunt Sacras. Ante se-

partem posticam habens, nec ipsum Sacerdotem videt, qui sacra tunc faciens, Hostiam incruentam populo exhibet adorandam.

Rei magnitudo, & gravitas hic tandem postularet, ut reliquas, quas nostri in condendis, ornandisque Templis, novas, minimeque laudandas consuetudines induxerunt, studio persequeremur, diligentiaque majori. Verum quum haec particulatim, altera, si Deo placet, Dissertatione complecti singula statuerimus, sermonem de iis ultro distulimus in posterum. Sint haec tantum pro coronide, quae *Natalis ab Alexandro* in suo habet de Theologia Dogmatico-Morali Libro: (*) quae quamvis nimiam, ut ita dicam,

seculum XIII. Divus Augustinus tamen in Psal. LVI. de Organorum usu loquitur, cum dicat: *Organum dicitur, quod grande est, & inflatur follibus*. (*) Tom. I. Lib. II. Cap. VII. Art. 3.

cam, Religionem sapiant; (scrupulus enim quidam est, qui adeo Cl. Virum torquet,) ad Lectoris tamen curiositatem explendam, exscribere ad verbum hic volumus. „ Terrena Coelestibus praeferunt, & Deo injuriam
„ faciunt, qui offerunt Munera, Viri, & Faeminae nobiles, & divites, quum Gentilitia sua Stemmata, & insignia in Casulis Sacerdotum, ornamentis Altarium, sacris
„ Calicibus, ipsis Altaribus, & Ecclesiis intexi, insculpi, appingi volunt: & ita sunt affecti, ut alias
„ Ecclesias, vel Altaria non erigerent, nec sacra Vasa, vel ornamenta Ecclesiis conferrent. Indignum
„ sane est, nec omnino ferendum, ut
„ Sacra supellex iisdem insignibus notetur ac profana, quae in eorum
„ Abaco ad pompam ostentatur, in
„ Mensis ad luxum ministratur: ut

„ eo-

„ eorum insignia, quasi auctoramen-
„ ta servitutis, ferant Sacerdotes, cum
„ Sacra operantur; sicut pedissequi
„ cum famulantur, sicut Muli cum
„ sarcinas ferunt; ut eorum stem-
„ mata, & Tituli spectentur in Al-
„ taribus, ut in Rhedis, & Curribus:
„ in Basilicis soli Deo dicatis in me-
„ moriam Sanctorum, qui terrenos ho-
„ nores contempserunt, illique juge
„ Christianae humilitatis Sacrificium
„ obtulerunt, ut in Aedibus profanis.
„ Si in Regum Palatiis, Aulaeis, &
„ paristromatibus, vasis aureis, &
„ argenteis, totaque Supellectili,
„ qua eorum Majestas utitur, nulla
„ alia Insignia, nulli Tituli spectan-
„ tur, nisi Regum, quorum propria
„ sunt; quis aequo animo patiatur a-
„ liena Insignia, Mundi scilicet pom-
„ pam, & Diabuli superbiam spectan-
„ tia in Vasis, Ornamentis, Altari-
„ bus,

„ bus, Ecclesiis Deo dicatis ostenta-
„ ri? [*]

F I N I S.



(*) Confer quae habet *Joannes Taulerus* Serm. I. in Dominica Octav. post Trinitatem, ibid. apud eund. „Multo (inquit Tau-
„ lerus) utilior eis foret eleemosina aliqua
„ parva, soli Deo in sinu illius oblata, &
„ abscondita prorsus ab omnibus, quam vel
„ celebris Templi extructio, scientibus cun-
„ ctis, precesque pro eis fundentibus: facile
„ enim supplebit quidquid omnes orare pos-
„ sent:.. &c.

Vidit pro Illm̃o, ac Revm̃o Vic. Gen.
Bruno Canonicus Danielli.

IMPRIMATUR.

Jo. B. Bartolucci Vic. Gen.

Die 30. *Octobris* 1786.

IMPRIMATUR.

F. V. Lanzavecchia Vic. S. O. Cæſenæ.

